
GREGORII PAPAE NONI
GESTA QVAEDAM INSIGNIA

NVNC PRIMVM STVDIO atque industria R. D. GERARDI VOSSII *Eburon. Loscastrij, Presbyteri, & S. Theolog. Doct. in lucē edita,*

Ac eiusdem Scholijs illustrata, & nonnulla etiam ex ijs ab eodem iam recens è Græco Latinè conuersa.

Quæ omnia uersa pagina indicabit.







ROMÆ,
Typis Bartholomæi Bonfadini, M D LXXXVI.

EX AVCTORITATE SVPERIORVM.



GREGORII PAPAE IX.

1. De Primatu Pontificis Romani, Epistola vna valde insignis super vnione Græcorum cum Ecclesia Latina, Argumento & Scholiis copiosissimis illustrata.

2. De duplici gladio Pont. Romani, & de vsu vtriusque, &c. Epistola altera super eadem vnione, grece & latine, vnà cum Argumento & Scholiis, quæ legationem quoque Apocrisiariorum Gregorij Papę IX. ad Græcos continet.


3. Apocrisiariorum Papæ Gregorij Diffinitio siue Decretum, Quòd Spiritus sanctus à Patre Filioq; procedat. græce & latine, cum Argumento & Scholiis.

Accesserunt eiusdem Papæ Gregorij Noni

Litteræ Apostolicæ Canonizationum, S. Francisci, vnà cum alijs litteris approbationis Stigmatum eiusdem, S. Dominici, S. Antonij de Padua, S. Elizabeth Regis Hungarorum filiæ, ac Lantgrauiæ Thuringiæ, &c. adiectis quoq; post singulas Canonizat. litteras, breuibus notationibus, quibus qui de ijs scripserint potissimum indicatur, &c.



SANCTISSIMO
D. N. SIXTO PAPAE V.
PONT. MAX.





I ij maximis digni sunt laudibus Pontifices, SIXTE PAPA Religiosissime, qui bona Ecclesiæ ab iniquis possessoribus occupata recuperarũt, Vrbem à grassantibus prædonibus vindicarunt, eamq. graui annona caritate laborãtem præsenti remedio liberarũt, ac summa in inopia copiam, in egestate abundantiam citò suppeditarunt: Non mediocrem quoq. gloriam merebũtur illi, qui haud minimam inter alia, muneris sui partem esse ducunt; Esurientibus etiam fidelibus panem vitæ atq. salutis frangere, religionem propè col-

labentem tueri ac restituere, dispersa colligere, & quæ propè ac procul sunt vnire, ouesq. Dominicas in vnũ ouile Christi redigere, quod cùm seriò fecerint multi, merebitur sanè & inter illos celebrari GREGORIVS PAPA NONVS, quòd inter alia insigniter à se gesta, rebelles Ecclesiæ cõpescuerit, patrimonium S. Petri, ac agrum Sabinum recuperauerit: & quòd hic potissimum dicere mihi propositum est, Græcos etiam expeditis ad eos Apocrisiarijs suis siue Legatis, ad obedientiam S. Sedis Apostolicæ gremiumq; matris Ecclesiæ, cùm illi iam antea magnam spem reditus fecissent, perbenignè inuitauerit, Primatum cum primis Romani Pont. quem impugnare solent, clarissimè ostendendo: ac duplicem ei gladium competere, Spiritalem & temporalem, vsumq; vtriusq; aperiendo. Spiritum quoq; Sanctum æquè à Filio a'q; à Patre procedere aduersus inueteratum illorum errorem, multis efficacissimis argumentis, maximisq; tam Græcorum quàm Latinorum Patrum auctoritatibus conuincendo.

Quæ cùm inter alia hoc monumento actionum eiusdem Papæ, suorumq; Apocrisiariorũ, quod iam primum in lucem edimus, contineantur,

tur; non dubito, quin varijs de caussis ea visu lectuq; Sanctitati tuæ, cui ea dedicamus, iucũda sint futura, tum quòd pleraq; illorum Sanctitati tuæ adhuc Cardinali examinãda obtulerimus, sicut alios labores nostros litterarios honoris caussa semper cõmunicare solebamus; tum quòd materia ipsa, quæ est de Primatu, ac de duplici gladio Papæ, &c. Sãctitati tuæ maximè cõueniat, tum quòd ab eo Pontifice, Gregorio inquam Nono, ista tractata sint, qui inter multa laudabiliter à se gesta, fundatorem laudatissimi Ordinis Minorum S. Franciscum, cuius dignissimus es alumnus, vnà cum S. Dominico, & alijs, catalogo Sanctorum adscripserit; nec hoc solum, quin vt testatam magis grati animi sui voluntatem, in vtramque Religionem faceret, nomenq; atq; auctoritatẽ, cùm adhuc recens esset & obscura, attribueret, suos ex SS. Francisci & Dominici Ord. Apocrisiarios, quos in grauissima Religionis & Ecclesiæ caussa ad Græcos adhiberet, selegit ac misit, viros religione, scientia, ac vitæ integritate maximè conspicuos. Et cùm hactenus hæc ipsa Gregorij Noni gesta alijs ferè ignota fuerint; operæpretium nos facturos arbitra-

ti ſumus, ſi ea hucuſq; nondum in publicũ prolata, iam vnà cum Scholijs noſtris, quibus & acta illa cum Græcis, & Canonizationes Sanctorum adiectas illuſtrauimus, ſub Sanctitatis potiſſimum tuæ nomine atq; auſpicijs, vt qui Latinorũ & Græcorum Pater es, & Eccleſiæ vniuerſæ caput, poſteritati proderemus, vt quæ inter geſta Gregorij ante hac relata non fuerũt, aut ſanè latentia atq; diſperſa, iam ſimul collecta, & ſic exornata, tandem in lucem prodeant. Quæ eò ſpero Sanctitati tuæ gratiora fore, quòd ad Eccleſiæ ſplendorem, ſanctæq; ſedis Apoſtolicæ decorem, ac Religionum, præſertim veſtræ Franciſcanæ, atq; Dominicanæ ornamentum cum primis pertineant. Accipe igitur Sanctiſsime Pater loco grati muneris, præſens hoc Gregorij Noni vnà cum qualibuſcunq; meis in illud laboribus, monumentum, veteris meæ in Sanctitatem tuã obſeruantiæ mnemoſynon, ac ſignũ ſynceriſsimum; illudq; cũ ſuo Auctore benignè cõplectere, qui tuæ Beatitudini cuncta à Deo precatur aſsiduè in hoc excelſo vniuerſalis Eccleſiæ regimine, atq; ſolicitudine, feliciſsima, vitamq; longã ac ſalutarẽ, vt multa ſicut paſtoralis eius cura depoſcit,

queat

queat ritè decenterq; ad Ecclesiæ ædificationē cum bono plurimorum statuere atq; conficere, & quæ propè ac procul sunt vnire, cunctasque oues Dominicas dispersas ad vnū Christi ouile tādem reducere: quod faxit Altissimus, qui eam cum suo grege tueatur ac dirigat. Vale,

Dat. Romæ, ipso Sancti Francisci. Anno Domini, M. D. LXXXVI.

Sanctitati Tuæ

Deuotissimus seruus ac Cliens


Gerardus Vossius.




ILLVSTRISSIMO DOMINO D. CAMILLO DE COMITIBVS ROMANO,

Protonotario Apostolico, & Abbati S. Gregorij de Vrbe dignissimo

GERARDVS VOSSIVS SALVTEM.





IN pretio sunt ac celebrantur Illustriss. Domine, qui operam suam in minutis etiam veterum Imperatorum atq; heroum sigillis, ac numismatis colligendis ponunt, eaque donando gratiam sibi Principum acquirunt; sed magis commendandos, gratosque habendos existimo eos, qui optima maiorum exempla praeclaris & antiquis familijs suscitant, eaque imitanda proponunt; idque si in alijs, maximè in antiquissimis Romanæ gentis familijs quouis tempore vel pręcipuum esse debet, vt ab antiqua sua gente etiam apud exteros celebrentur ac posteros. Dum itaq; CAMILLE inter Romanos nobilissime atque optime, clarorum maiorum tuorum gesta, quæ multa ac magna sunt, in mentem reuoco, nonnullaque etiam adhuc incognita è tenebris in lucem profero, munus me spero haud ingratum tibi tuisque oblaturum; è quibus sunt insignia hęc GREGORII Papæ Noni, clarissimę familiæ vestrę de Comitibus, Pontificis gesta, quæ antea numquam typis expressa, iam primum nostris etiam qualibuscunque lucubrationibus illustrata in medium producimus; super reductione scilicet ac vnione Græcorum

cum

cum Ecclesia nostra Latina, tollendoque diuturno illorum errore ac schismate. Quare & suis ad eos missis Apocrisiarijs, quos ex ord. SS. Francisci & Dominici selegerat, eos in hoc honorare cupiens, nihil non tentauit, quo tandem illi ad obedientiam Romani Pontificis, & gremium matris Ecclesię reduci possent, sicut melius ex praesenti hoc monumento tibi legenti patebit. In quo, post tractationes cum Graecis, alias quoque eiusdem Pontificis actiones non minori laude dignas adiecimus suarum Canonizationum, quas non vno tempore eodemq; loco celebrauit, vt amplius in sanctis suis honoretur Deus. Siquidem Franciscum virum sanctum magno Christianorum ob eam rem habito conuentu, omnibusque de eo ritè ac diligenter exploratis, anno Pontificatus sui Secundo, Perusij, vbi tunc residebat, inter Sanctos retulit, dum de eo antea vir sanctus vel prophetando, vt est inter eius miracula, prædixerat fore, vt ad Apostolicam cathedram eueheretur. Stigmatum porro eius mirificam impressionem approbauit, confirmauitque Apostolicis suis litteris ad Germanos datis, Viterbij, anno Pont. Vndecimo. Post Franciscum primum omnium Sanctorum numero adiunctum, Antonium Vlyssiponensem de Padua nũcupatũm, Spoleti anno Sexto; Dominicum Reate, anno Octauo. Elizabeth Regis Hungariæ filiam, ac Lantgrauiam Thuringię, anno Pont. Nono, Perusij, &c. omnes vitę sanctitate atq; miraculis illũstres, sanctis aggregauit, & pro sanctis in Ecclesia etiam militanti haberi voluit; quare & sua ipsis festa instituit, vt eorum memoriam celebrando in terris, gaudeamus & patrocinio in cęlis. Atqui hęc cùm gloriosa & pręclara sint istius Pontificis acta hoc libro comprehensa, non inmerito ad honorem Sanctorum, memoriamque gestorum eiusdem, sub felicibus quoque tuis auspicijs, quòd illius sis familiæ, eadem prodire ac gratæ posteritati consecrare voluimus. Quòd si plura adhuc aliorum Pontificum non minus excellentium familię tuę exempla atq; ornamenta velis, ea haud quaquam obscura INNOCENTII Papę Tertij etiam de Comitibus, qui Gregoriũ pręcessit, dabo; quippe qui & ante Pontificatum, doctrina ac moribus, scriptisque insignis fuit: Et in Pontificatu infinita laude dignissima egit. Nam inter multa prospiciens Sarracenorum potentiam in Asia crescere, rebusque Ecclesiæ ac religionis, mature consulere cupiens; Romæ apud Lateranum conuocatis ferè ex omni terrarum orbe Patribus, maximum Concilium celebrauit, in quo adfuerũt ex omni ordine ac natione viri atq. prælati præstantissimi, Hierosolymitanus & Constantinop. Patriarchæ: Metropolitæ LXX. Episcopi CCCCXII. Abbates, Priores, cõuentuales DCCC. Græci & Romani Imperij Legati: Regum verò Hierusalem, Franciæ,

Hispa-

Hispaniæ, Angliæ & Cypri Oratores, &c. Quo quid ad pacē & vnionē Christianam, depressionem Tyrannorum, extirpationemque hæresum, dici fierique potuit maius? Iuuere huius Pontificis virtutem atq; doctrinam, Beati Francisci & Dominici sanctitas, piæque eorum orationes, quibus ipse multum tribuebat; & cùm Franciscum antea accedentem ad se pro confirmatione ordinis sui Pontifex reiecisset, quòd in somnis postea sibi ille quem repulerat, collabentem Lateranensem Basilicam suis humeris sustinere visus esset, conquisitum accersiri iussit, benigneque eum excipiens, omnem eius institutorum rationem lubens confirmauit: hæresim Tolosę obortam opera S. Dominici citissimè compescuit, aliasque alibi cum suis auctoribus damnauit, extinxit. Decreta non vnius generis pręstātissima, quibus laicorū & clericorum mores componerentur, edidit, politiamq; Ecclesiasticam optimè formauit atque instituit. Et ne charitatis in eo defuisse officia putentur, sine quibus, cetera quamtumuis splendida, pro nihilo ducuntur; Innocentius hic angelicæ visioni atque monitioni parens, Hospitale celeberrimum Romæ in honorem S. Spiritus in Saxia loco à Longobardis & Saxonibus olim habitari solito, & ideo adhuc hodie hospitale S. Spiritus in Saxia nuncupatum, erexit, magnisque adeo prouentibus auxit, quibus & infirmi curarentur, & orphani atque proiecti alerentur. Cuius denique uita & actiones adeo probatæ fuerunt, vt post eius mortem nihil eorum quæ in viuis egerat, immutatum fuerit. Et ne prætercam hic pietatem ALEXANDRI Papæ Quarti etiam de antiquissima vestra Comitum familia, qui mirificè quoque ab omnibus commendatur, tum à summa beneficētia & liberalitate pſertim in pauperes Christi, & alios benè de Christiana religione meritos: tum à doctrina, vt qui dum ab externis negocijs vacuus erat, aliquid semper quod ingenium saperet, scriberet atq; ederet; quin & diuini verbi prædicandis sermonibus intentus erat, ipseque S. Bonauentura affirmat, se cum Alexandri Quarti Summi Pontificis prædicationi aliquando interesset, narrasse Pontificem, sacra stigmata in corpore S. Francisci à se visa esse, in quorum etiam confirmationem litteras suas Apostolicas dedit. Doctis verò hominibus ac benè meritis ita fauit, vt plerosque eorum etiam Cardinalatus honore auxerit, cohonestaueritque. Inter alia religionis opera, volens quoq; voluntatem suam in S. Francisci ordinē, testatam, exemplo Innocentij & Gregorij suorum antecessorum Pōtificum relinquere, S. Claram Virginem eiusdem ordinis Anagniæ inter Sanctas retulit. Et quod omittendum non est, eius quoq; opera templum testudineū, quod apud S. Agnetē Romæ via Nomentana visitur, cùm antea Baccho dicatum esset, ad verū cultum diuinum re-


dactum

dactum est, proprijsque ibi manibus altare B. Constantiæ filiæ Constantini Imperatoris; & in ipsa Ecclesia S. Agnetis eodem die tria alia, videlicet Altare S. Ioannis Baptistæ, Altare S. Ioannis Euāgelistæ, & tertium B. Emerentianæ, sicut litteræ in vestibulis vtriusque templi, marmoribus insculptæ, quas oculari inspectione vidimus, & excepimus, testantur, solenniter & honorifice tota Romana Curia tunc ibi præsente, quod pro memorabili etiā hic referre visum est, cōsecrauit, multaque alia ab omnibus maximè probata insigniter egit. Plures alij feruntur celeberrimæ istius vestræ familiæ fuisse Pontifices atque heroes, sed hi viuis præstantissimisq; exemplis ita vos ornant illustrantque, vt si alia aliunde petantur, vel superflua videri debeant, aut sanè illorum comparatione obscuriora. Ideo hic finem faciam, teque Illustrissime D. Camille his tantorum Maiorum tuorum exemplis ad virtutis culmen vt pergas, sicut tua sponte facis, cohortabor, omniaque à Deo ter Optimo Maximo salutaria precabor. Interea munus hoc qualecunque boni consule, eiusq; auctorem complectere, quod facies si vinculum illud amicitiæ nostræ iam pridem contractum, arctius funiculo quod aiunt triplici cōstringas, ac studijs rebusq; nostris pro ingenito tibi candore fauere pergas, & Bene valeas. Romæ, quarto Non. Octob. M. D. LXXXVI.


GREGORIVS. IX. PONT. MAX. ANAGNINVS.

GREGORIVS NONVS PAPA ROMANVS

Vgolinus anteà dictus, natione Cāpanus, patria Anagninus, Verum Vrbe oriundus ex nobili & antiqua familia Comitum Signiæ, Innocentij Tertij Pont. Max. Nepos, à quo Cardinalis Diaconus primo creatus est S. Eustachij, post Epis. Cardin. Hostieñ. & Velitereñ. Hic mortuo Honorio Papa III. Rom. à Cardinalibus Summus Pont. in eius locū creatus est die XIII. Kal. April. Sedit Ann. XIIII. Mens. IIII. dies iij. Obijt An. Domini 1241. die XI. Kal. Augusti, cùm paulò ante mortem eius, solis Eclipsis tanta apparuisset, quanta numquam antea. Romæ, in Basilica S. Petri Principis Apostolorum sepultus, Vacauit Sedes Mens. 1. diem 1.



GREGORII PAPAE NONI EPISTOLA

AD FRATRES EREMI CAMALDVLEN.

Super sua ad supremi Apostolatus apicem aßumptione.



GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis, Priori, & fratribus Eremi Camaldulen. salutem & Apostolicam benedictionem, &c.

ASSVMPTI nuper, immò verius rapti ad summi Pontificatus officium, quod Fratres nostri, nos quantumlibet reluctantes, suscipere coegerunt; eò plenius insufficientiam nostram agnoscimus, quò diligentius incumbentia nobis onera cogitamus. Si enim quilibet sanæ mentis anxiatur, & metuit, ne pro se ipso possit dignam reddere rationem in extremo examine; quis ad eam reddendam pro omnibus, pro prælatis, & subditis, pro sapientibus, &

insipientibus, quibus ipsum officium, eos, qui ad illud assumuntur, constituit debitores, se sufficientem audeat reputare? Planè recognoscimus, & fatemur, quòd in hac altitudine maris, in hac tumultuosa mūdanorum fluctuum tempestate, Petri nauem vniuersalem Ecclesiam gubernare nequaquā

2. Cor. 3. nostra virtute sufficimus: sed à solo Deo, qui dat

Iaco. 1. omnibus affluenter, & non improperat, sufficientiæ gratiam expectamus; atque inter huius maris magni, & spaciosi, inter videlicet huius sæculi turbulentissimos, & amarissimos fluctus, nostra mens ad eius auxilium suos oculos leuat, & erigit, Qui beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mer

Matth. 14. geretur, erexit. In quo nimirum, non paruam dignatus est nobis dare prouidentia diuina fiduciā: ostendens Ecclesiam suam, quę præfigurabatur in Petro, fore, ipso manum sui auxilii porrigente, sæculum calcaturam. Quia verò importuna lippiētis Liæ instantia nos frequenter à suauibus perspi

Gen. 29. cacis Rachelis amplexibus auellente, ipsi Deo precibus insistere non possumus, vt oportet; vos, qui

Luc. 7. & 10. ad pedes eius sedetis iugiter cum Maria, & quibus ab olim nos iunximus bitumine charitatis, sollicitandos duximus, & prece affectuosa rogandos, pro grandi munere postulantes, quatenus in ara cordis vestri, ei pro nobis orationum vestrarum sacrificium crebrius offeratis, suppliciter postulando; vt ad se ipsum dirigat nostras cogitationes, &

actus

actus, & ad exsuperandam negociorum turbulentiam mundanorum, dignetur nobis porrigere manum suam, quatenus eius nos, præueniente gratia, & sequente, sic impleamus officium Apostolicæ seruitutis; quòd cùm venerit positurus cũ seruis suis calculum rationis; illam desiderabilem vocem; Fuge serue bone, intra in gaudium Domini tui, audire ipso miserante possimus. Dat. Lateran. Quinto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo.

Matt. 24. 25. Luc. 12.

Hęc Epistola Gregorij Papæ Noni de sua ad Apostolatus apicem assumptione, desumpta est ex originali vero Archiuij scripturarum Eremi Camaldulen. quocum collata est, atque concordat: & inde exemplar copię authent. Illustrissimus & Reuerendissimus D. Cardin. Carafa Bibliothecarius Apostolicus accepit, nobisq; vt simul cum alijs hisce nostris Gregorij IX. monumentis, pro communi bono ederemus, lubens communicauit.

Ita est A. Cardin. Carafa.

ADMONITIO AD LECT.



D MONENDVM hic obiter Lectorem duximus, præcedentem Gregorij Papæ Noni Epiſtolam de ſua ad ſummi Pontificatus officium aſſumptione, nobis poſt abſolutũ et iam impreſſum Gregorianum hoc noſtrum opus, demum fuiſſe cõmunicatam, ipſique libro poſtea ob dignitatem argumenti tantique ſui Auctoris, ne quid ſuorum typis dignum, & Eccleſiæ Dei vtile, quod quidem haberi poſsit deſideraretur, fuiſſe adiectam, aut potius mox poſt Nuncupator. Epiſt. ipſi operi præpoſitã, proprioq; qui debetur loco, è regione Iconis Gregorij Noni quã collocauimus, cõueniẽter repoſitã: et hanc exſtitiſſe cauſſam cur iſtius Gregorij Papæ Epiſtolæ mentionem, neq; in Dedicatorijs noſtris, neq; in ipſo Indice rerum ſeu materiarum hoc opere comprehenſarum, fecerimus. Quod ſecunda omnino, Deo dante, editione facturi ſumus, quando & pulchra quędam alia pręſentibus addere ſtatuimus.





IN SEQVENTEM GREGORII PAPAE EPISTOLAM

De Primatu Pont. Rom.

ARGVMENTVM

PER GERARD. VOSSIVM.



CCEPTIS *ab Archiepiscopo Græcorum, seu Patriarcha Constantinopolitano* GERMANO *eius nominis secundo, litteris*, PP. GREGORIVS *illius nominis* NONVS, *ex clarissima familia* COMITVM, *Anagninus, qua decuit benignitate paterna, eidem respondet, litterasq; amore plenas, seruata vbiq; modestia Christi Vicario digna, nec mordentem remordendo, vicissim remittit: ne videantur scripta illius sperni, si fortè nihil respondeat. Confutat autem, sua ad illum Epistola, quæcunque eius & aliorum, aduersus Primatum S. Romanæ Ecclesię obiecta, falsoq; ab eo & alijs contra vnionem Ecclesiæ Romanæ asserta atque afficta, Gręcorum manifestos errores ac schismata ostendendo, & mala inde plurima, quæ eos consecuta sunt recensendo, eorundemque illa oculis obijciendo. Quare confutatis contrarijs, Primatum Apostolicum adstruit, ac graui Patriarcham illum, aliosque schismaticos Græcos, oratione cohortatur: vt ad vnitatem & gremium matris Ecclesiæ reuertantur, & Primatum verum vnius Rom. Ecclesiæ, dimissa cordis duritie, pertinaciaq; animi recognoscant, Christiq; in terris Vicario Romano Pontifici debitam obedientiam tribuant: sitq; hoc modo credentium cor vnum & anima vna, vnumque pariter omnibus ouile, & pastor vnus.*

GREGORII PAPAE EPISTOLA AD GERMANVM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANVM.

Vt ad gremium matris Ecclesiæ reuertatur: ac de Primatu S. Romanæ Ecclesiæ.



REGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili Fratri Archiepiscopo Græcorum, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Fraternitatis tuæ litteris nobis & fratribus nostris per tuum nuntium præsentatis, qua decuit benignitate receptis, earumque tenore plenius intellecto, disposuimus viros religiosos uitæ laudabilis & probatæ scientiæ ad tuam præsentiam destinare, qui verba vitæ deferent, & nostram & fratrum nostrorum plenius voluntatem exponent. Verū quia
Iudic. 14. de comedente exiuit cibus, & de forti est egressa dulcedo, ne ex ore leonis mortui non sine rubore scribentis à patre fauus exhibitus contemnatur, quædā duximus rescribenda: ne videantur scripta despici,
Prou. 1. si contigerit non rescribi: quia audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula posidebit.
1. Cor. 3. Licet autem Christus iuxta quod tuæ series epistolę

rete-

retexebat, primum sit & præcipuum fundamentū fidei quod fatemur, præter quod aliud poni non potest: Secunda tamen & secundaria fundamenta legimus Apostolos & Prophetas. quia fundamēta Ecclesiæ in montibus sanctis, & ciues supernæ Hierusalem, supra fundamētum Apostolorum & Prophetarum, superædificati leguntur. Inter quos primus & præcipuus Beatissimus Petrus non sine caussa, sed ex prærogatiua speciali à Domino audire meruit: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput: vt sicut in capite sensuum plenitudo consistit, à quo ad singula membra occultis meatibus pars aliqua tanquam à fonte riuulus deriuatur: Sic tres fidelium ordines in Ecclesia, Noe, Daniel, & Iob, Prælati videlicet continentes & coniugati, quos Ezechiel vidisse legitur in visione saluandos, à Petro petra, super quam non domum saltus libani, nō porticum columnarum, nec domum filiæ Pharaonis, sed Ecclesiam suam ędificauit Dominus fidelibus, velut de omni genere piscium in eius rete conclusis, tāquam à primate primatum, qui de fonte dominici pectoris fluenta potauit: & suæ salutis debent postulare remedia, & cum omni patientia & doctrina non contentiosè vel superbè in aliquo resistentes, à mentis suæ tenebris dubietatis scrupulos remoueri. Nec obstat quod asseris, si tempora locumque distinguas, Paulum Petro in faciē restitisse; cùm dispensatiuè ab orthodoxis Patribus, hoc

Psalm. 86. *Ephe. 2.* *Iohan. 1.* *Ezech. 14.* *Matth. 16.* *Luc. 5.* *Quo sensu Paulus dicatur Petro in*

faciem restitisse. Galat. 2. factum esse legatur: dum Petrus legem Mosaycam profitendo, Iudæos, & Paulus circumcisionem euitans, totis uiribus lucrifacere studuerit ex huiusmodi simulatione gentiles. Alioquin & Paulum perambulantem Syriam & Ciliciam cùm peruenisset Derben & Lystram, ex eo argues, quòd Timotheum ex patre gentili ortum fidelis viduæ filium circumcidit. *Act. 15. & 16.* Secundo autem & tertio, vel te vel Paulum reprehendes, qui cùm nauigasset Syriam, & cùm eo essent Priscilla & Aquila, & caput timore Iudæorũ totundisset in Cenchris, quia comam quam ex voto nutrierat, quod Nazarȩi, qui secundo vouerant, iuxta prȩceptum Moysi facere consueuerant, ibidẽ totõdit ex lege? *Act. 18. Num. 6. Iudic. 16.* Si frater carissime dignitatis mysterium & auctoritatis officium pleno intellectu distinguens, & Petri & Pauli zelum consideres, qui animas tantummodo sitiebant: eos nec in morte quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos, nec dum viuerent in doctrina inuenies fuisse discordes. *Petrus & Paulus, in doctrina sẽper concordes.* Licet enim Petrus pro durȩ ceruicis iudaico, & Paulus pro gentili populo lac paruulis & escam prouectis exhibens, diuersis linguis & ritibus laborarint; cùm iam plenitudo temporis aduenisset, vnum Dominum, vnam fidem, vnum baptisma, & alios fidei articulos secundum gratiam sibi collatam à Domino, in vno eodemque spiritu prædicauit vterq;. Fuit enim Paulus ex verbo Domini, Petro & ceteris Apostolis vniuersaliter sic dicentis: *Ioan. 20. Matth. 18.*

Quo-

Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt, cum Petro mysterium dignitatis exercens, & ex verbis eiusdem auctoritatis, singulariter Petro propositis: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis; & quodcũque solueris super terram, erit solutum & in cęlis, in Petro auctoritatis officium recognoscẽs: & ideò ad eum tamquam primatem & Euãgelij Dominici fontem venit Hierosolymam, & postmodum cũ ipso & alijs secundum reuelationem contulit Euangelium, ne in vacuum curreret vel etiam cucurrisset. Quod iterum ex verbo Domini confirmatur, cùm soli Petro, si frater suus in se peccauerit, non tãtum septies, sed etiam septuagies septies, præcipitur dimittendum, ipsi soli oues suas indistinctè committens, qui tam speciali miraculorum virtute pollebat, quòd per plateas in lectulis & grabbatis positi ad vmbram eius sanabantur infirmi. Cuius auctoritas ex eiusdem Domini verbis expressius roboratur, cùm sibi soli dictum est: Duc in altum, & pluraliter subinfertur: Laxate retia in capturam. Si ergo Petrus propter excellentiam fidei, qua in vno Christo duas naturas veraciter recognoscens, cùm dixit: Tu es Christus filius Dei uiui, Claues regni cęlestis in terris solus accepit. Cùm vnus sit Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnum principium, vnũ corpus Ecclesiæ militantis: & corpus cum pluribus capitibus monstrosum, & sine capite acepha-

Iohan. 20. *Matth. 16.* *Paulus ad Petrum tãquam ad primatem, venit Hierosolymam.* *Gal. 1. & 2.* *Matth. 18.* *Act. 5.* *Auctoritas Petri expressius confirmatur.* *Luc. 5.* *Matt. 16.* *Ephe. 4.*

Primatus Petri euidẽter ostenditur.

phalum censeretur. Restat vt ad regimen generalis Ecclesiæ, quam ipse cum Paulo & ceteris de gentibus, græcis, latinis, barbaris congregauit, caput eiusdem, suumque Dominus per ea quæ præmissa sunt, manifestè ostenderet successorem. Præuidens autem Dominus, quòd Ecclesia Dei conculcaretur à tyrannis, laniaretur ab hæreticis, & à schismaticis scinderetur: ait, pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Ex quo colligitur euidenter, quòd ad sedem Petri omnis sit quæstio fidei referenda. Sed quod dolentes referimus, ut Epistolæ tuæ verbis utamur, præsumptuosè quidem non per manus militum, sed Ecclesiasticarum personarum sensus, veri Ioseph talaris tunica & inconsutilis est passa scissuram. Sed quis sciderit uideatur: Cum enim Græcorum Ecclesia à Romanę sedis vnitate recesit, statim priuilegio caruit Ecclesiasticæ libertatis, & quæ fuerat libera, facta est secularis potestatis ancilla, vt iusto Dei iudicio quæ noluit diuinum recognoscere in Petro primatum, toleret inuita seculare dominium. Sub quo non modica contemnens, paulatim decidens, fidem informem profitens, & à fraterna caritate tepescens, licentius per campum licentiæ non refrenatè discurrit, vt sine alicuius reprehensione, licitum sub illicito palliaret, & à templo Petri recedens, à Domino quasi attritum foris eijcitur, quod virga sua Iohannes prohibente Domino,

Luc. 22.

Ad sedem Petri, omnis quæstio fidei referenda.

Græci quomodo in acerbissimũ seruitutis iugum dilapsi sint, postquã à Romanæ sedis vnione recesserunt.

mino, non metitur. quoniam datum est illud gentibus, & hoc iam cognoscis visibiliter consummatum. Quod Samaria, quę à templo Domini, & à Iuda ac veræ fidei confessione recedens, facta Idololatra præfigurans, bellorum cladibus continuatis attrita, & peccatorum grauata pondere: licet Elias & Elisæus, tamquam magna luminaria ibi velut in loco caliginoso refulserint, data est gentibus, proiecta foris in vltionem fornicationis & idololatriæ, quibus se à Domino separauit. Quòd si Paulũ Græcorum ecclesia se habere proponit: exhibeat vel à successore Petri, & Vicario Iesu Christi in Apostolorum Basilica, quæ à Constantino constructa est, cum Petro exhibitum recognoscat. Officij etiam notauit mysterium, licet litteris tuis, quasi sub forma reprehensionis insertum fuerit, quòd Petrus ab ostiaria ter commotus: ad galli cantum excitatus; factus est ostiarius paradisi: vt videlicet qui præesse debuerat, pati sciret & cõpati, & ex auctoritatis officio, cui ter dictum est, singulariter, pasce, & non pascite; oues meas, non alienas, ad successores transmisso veri pastoris exemplo, subditorum excessus ad vnitatem Ecclesiæ redeuntium in spiritu lenitatis corrigeret, & cultum Christiani nominis sponte professos, ab Ecclesia oberrantes exigente contumacia, iuxta verbum Apostoli, tradendo huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ad ouile reduceret vel inuitos. Si verò ex compassionis affectu ad apostolicæ

[Margin notes: 4. Reg. 1. 2. &c. — Iohan. 18. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. — NOTA. — Iohan. 21. — 1. cor. 15.]

licæ ſedis primatem & iudicem tamquam verus Iſraelita recurris, & ſuper contritione Ioſeph de ſciſſura tunicæ inconſutilis, mota ſunt tuæ pietatis viſcera, paſſioni tuæ compatimur, & dolori tuo cum Apoſtolo condolemus, eique ad grates aſſurgimus,

Iohan.9. qui aperuit oculos cęci nati, humiliter poſtulantes,

Tob.11. vt qui per collirium ex felle piſcis, Tobiæ illuminauit oculos: eccleſiæ Græcorum corda cum tuo illuminet, & noſtris tuiſque temporibus ad vnum ouile,

Iohan.10. unumq; paſtorem prouidentia diuina reducat.

Apoc.10. Librum igitur de quo dictum eſt Iohanni in Apocalypſi; Accipe frater cariſſime, ac deuora illũ, & ſi amaricare faciat ventrem tuum, propter contritionis aculeos, qui in principio pungunt: tamẽ in ore tuo erit dulcis, tamquam mel, cùm ſonus confeſſionis aduenerit dulcis ad inſtar mellis, iuxta verbum

Cant.2. ſponſi dicentis, in Canticis: Sonet vox tua in auribus meis, vox tua dulcis, & tuæ prudentię conſcientiam ſine aliqua ſuperſtitione regyra, & illuminatus inuenies, quòd Eccleſia Romana, quę omnium Eccleſiarum caput eſt & magiſtra, in ſpeculo à te propoſito, Euangelij videlicet & Epiſtolarum, & doctrina aliorum Doctorum, nihil contrarium inuenit, quod interpretatiuè vel diſpenſatiuę ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum in vnitate fidei, & ſpiritus non concordet. In cuius libri apertione inuenies, quòd Romanus Pontifex omnibus omnia factus, vt omnes ſalui fiant, non turpis lucri cauſſa;

Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum caput & magiſtra, in vnitate fidei & ſpiritus concors.

vel voluntariè: Sed à fratribus suis diuina inspiratione vocatus, statim Seruus seruorum Dei effectus, murum pro fratribus & coepiscopis suis, eorumq; subditis contra hæreticos, schismaticos, & Tyrannos, ad tuitionem Ecclesiasticę libertatis, cum suis fratribus se opponit. Et licet aliqui latenter surrepant, publicè tamen quasi ab omnium incursibus modernis temporibus, Ecclesia Romana respirat. Sed si Gręcorum Ecclesia patienter sustineat, vt tuis verbis vtamur, verba quæ mordeant, præter animarum pericula, quæ ex eorum scissura prouenerunt hactenus, & proueniunt; Satis eis vexatio dedisse debuerat intellectum, in quorum manibus ordo Ecclesiasticus per aduersas Orientis nationes in diuersa partitus, cōfunditur, Ecclesiastica libertas deprimitur, & Sacerdotalis dignitas conculcatur; nec est qui consoletur eā ex omnibus caris eius: quia tanquam acephali, ad caput Ecclesiæ recurrere cōtempserūt. Reuertere igitur Sunanimitis: reuertere reuertere, ut intueamur te, quia tunc rectè poterit frater à fratre iuuari; Si filius qui omnia consumpsit dissolutè viuendo, à Domino inspiratus surgat, & dicat: Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus f.s.u.d.m. tuis. Tunc enim pater non vt mercenario: sed vt filio reuertenti occurrens, primam stolam proferet, occidetq; vitulū saginatum, & generale conuiuium faciens, vniuersis Christi fidelibus cum exultatione annuntia-

Scissura Græcorum mala grauissima.

Thren. 1.

Concludit graui admonitione ad Græcos adhibita, vt ad gremium matris Ecclesiæ reuertantur.

Luc. 15.

bit & gaudio, quòd & frater, & filius qui mortuus
Ibidem. fuerat iam reuixit; & dragma quæ perierat est inuenta, & sic te in gremio matris Ecclesię cùm honore recepto, veritatem manifestè videbis in speculo puritatis, quam Ecclesia Latina seruat in fidei vnitate, quæ non recipit maculam neque rugam.

Dat. Reat. VII. Calen. Aug.
Anno Sexto.

SCHOLIVM IN PRAECEDENTEM PAPAE EPISTOLAM AD GRAECOS

De Primatu Pontificis Rom. &c.

GREGORIVS EPISCOPVS, &c. *Gregoriũ hunc, Nonum eiusce nominis Pontificem exstitisse & non alium, inter multa cõuincunt eius & Patriarchæ ad quem hasce suas mittit litteras, tempora. Erat autem Patriarcha ille Germanus eius nominis Secundus, anno 1222. seditque annos 17. & menses sex, si Panuino, alijsq́ seriem & Chronographiam Romanorum Pontificum, & Patriarcharum Constantinopolitanorum referentibus, credendum sit. Quo etiam tempore sedisse comperio Gregorium Nonum Põtificem Romanum, Anagninũ ex clarissima familia Comitũ, qui ad supremum Apostolatus apicem euectus est anno 1227. xiij. Calen Aprilis, seditq, annos 14. mens. 5 dies 3. obijt ann Domini 1241. die 11. Kal Augusti. Vnde vides aptissime cõcordare tempora, vt dubitandum sit nequaquam hunc Gregorium fuisse illius nominis Nonũ, & illum Germanum, eius nominis Secundum, Patriarcham Constantinop. quem in Gregorij Noni incidisse tempora, ex iam positis, optima calculatione à quouis colligi poterit. Verùm ista ex ipso post Registro*

Gregorij Noni, quod Romæ, in Vaticano adseruatur, didici esse verissima, vbi hæc ab eo ad Patriarcham illum scribuntur. Erat autem Germanus ille secundus, homo schismaticus, quem, quòd spem reconciliationis, atque obedientiæ suæ ergà sedem Romanam præberet, studet ideo per litteras suas omni amore paternoque affectu plenas, ad veram Romanæ Ecclesiæ vnionem Pontifex reducere. quamobrem etiam disposuit atque decreuit viros religiosos, vitę laudabilis & probatæ scientiæ ad eum destinare, sicut & non multo post, eos ex ordinibus S. Francisci, & S. Dominici desumptos atque selectos, misit. vt ex sequenti Epistola ad eūdem patebit, vbi inter alia, de Duplici gladio Papæ, agitur, ac de vsu vtriusque. Reperitur autem hæc Gregorij Papæ Noni Epistola, in Registro anni sexti Pōtificatus sui, quod in celeberrima totius Vrbis, & orbis Bibliotheca vaticana, vnà cum alijs eiusdem Papæ habetur. vnde ista desumpsimus & contulimus.

Inter quos, primus & præcipuus Beatissimus Petrus ex prærogatiua speciali, à Dominò audire meruit: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput, &c.

Hic incipit quod intenderat, de Primatu Petri, ac Pontificis Romani tractare: pro cuius confirmatione, atque probatione, multa pręclara lectuq; digna, rationibus, & auctoritatibus validissimis scripturæ, optime diducta atque firmata adfert, confutatque contraria, quæ aduersus Primatū obijci ab hæreticis, schismaticisque

ēisque solent: sicut in serie ductuque Epistolę huius ad Grecos, legenti patebit, quę quia in hac Primatus materia, valde insignis est, eam vel hoc nomine, candido lectori proponendam commendandamque censui.

Et ideo ad eum, tamquam primatem, & Euangelij Dominici fontem, venit Hierosolymã, &c.

Hac eò spectant, vt ostendat Paulum in Petro, auctoritatis officium recognouisse, quare ad eum tamquam primatem, Hierosolymã venit, cum ipso & alijs qui videbantur maiores esse, secundum reuelationem (vt de se ad Galatas loquitur) collaturus Euangelium, ne in vacuum curreret vel cucurrisset. Vnde act. 15. legimus, quo modo Paulus & Barnabas ob quęstionem de Circumcisione propositam, ascenderint Hierosolymã ad Apostolos & seniores, idque vt perpulchre in Epist. ad magnum Leonem adnotat Theodoritus, quia Petrus erat hierosolymis, cùm aliàs ne Antiochię quidem Apostoli & seniores defuerint, vbi (vt est act. 13.) Paulus & Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, & prophetę ac Doctores erant, &c. Ceterùm ad hos, vt aperte videmus, ibatur Apostolos ac seniores, inter quos Petrus erat, quoniam vbi Caput apostolorum erat, ibi totius apostolici collegij maiestatem versari, erat necesse. Notandum porro, circa illud concilium hoc est, quòd cùm magna in eo hinc inde fieret conquisitio, Petrus totam litem primus definierit, ac sua quasi voce ceteris omnibus apostolis pręierit. Quare etiã Paulus honorẽ singularem Petro, de-

Galat. 1.
Act. 15.
Theodorit. in Epist. ad magnũ Leonem.

fe-

ferens, Veni inquit ad Gala. 1. Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim &c. In quem locum scribens Ambrosius hęc adducit: Dignum inquit, fuit, ut cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam ecclesiarum: & vt sciret Petrus hanc datam Paulo licentiam, quam & ipse acceperat, &c. Ne igitur in vanum curreret vel cucurrisset, ad Petrum tamquam primatem, & Euangelij Dominici fontem, venit Hierosolymã. declarans scilicet in vanum illos currere aut cucurrisse, qui aut vere recedunt, aut censentur recedere à primi pastoris fide atque doctrina.

S. Ambros. in Epistolã ad Galat.

Ex quo colligitur euidenter; quòd ad Sedem Petri, omnis sit quæstio fidei referenda, &c.

Quod quęstiones fidei, & grauiores Ecclesiæ caussæ ad sedem Beati Petri sint referendę, clarum est ex multis. Et fidei quidem, ex iam positis verbis Papę colligitur: nam pręuidens Dominus quòd Ecclesia Dei conculcaretur à tyrãnis, laniaretur ab hęreticis, & à schismaticis scinderetur, ait apud Lucam: Pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Id quidem modò necessarium. Tempus est, ut vestrum agnoscatis pater amantissime principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis & fidem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate fidei corruptores conteritis, &c. In quam sententiam pulchrè in Epist.

Luc. 22.

237. *ad Papam Eugenium scribit Bernardus: Locus inquit, in quo stas, terra sancta est, locus Petri est locus possessionis eius. Constitutus es super gentes & regna, vt euellas & destruas, edifices & plantes, &c. Vnde grauiores quoque alias Ecclesiæ caussas ad sanctam sedem Apostolicam referri, ac per eam decerni atque terminari, idem in epist. sua* 238. *ostendit Bernardus, vbi inter alia sic habet: Peremptoriam dare sententiã ad depositionem Episcoporum, solius Romani Pontificis noscitur esse, pro eo nimirum, quòd & si alij multi vocati sunt in partem sollicitudinis, solus ipse plenitudinem habet potestatis, &c. Et lib. 2. de Cõsideratione, ad eũdem Papã Eugenium: Tu es, inquit Bernardus, cui claues traditæ, cui oues creditę sunt: Sunt quidem & alij cęli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto differentius vtrumque præ ceteris nomen hæreditasti. habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti, vni vnus, nec modo ouiũ, sed & pastorum, tu unus omnium Pastor. Et lib. 3. Orbe inquit, exeundum ei, qui forte volet explorare, quæ non ad tuam pertinent curã, &c. Sequiturq́; postea: Appellatur de toto mundo ad te, id quidem in singulare testimonium primatus tui, &c. hactenus Bernardus.*

Pulcherrima S. Bernardi uerba in istũ locũ.

Sed venio ad ipsos Rom. Põtifices, in hac re haudquaquã obscuros, quorũ aliquot testimonia magis insignia ponã: primumq́; se offert S. Papę ac martyris Anacleti, natione Greci, qui de eo, in Epistola sua oĩbus Ecclesiis scripta, hęc inter alia adducit: Vnaquęq́; prouincia tã

S. Anacleti PP. ac martyris testimonium.

iuxta

iuxta Ecclesiasticas, quàm iuxta seculi leges, suos debet iustos, & non iniquos habere iudices: & non externos, nisi Apostolica huius sedis decreuerit auctoritas, quatenus quicunque caussam habuerit, apud suos iudices iudicetur: & non ad alienos caussa vagandi stimulante proteruia, suam despiciens patriam transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorũ iudicium omnes caussæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud episcopos, interueniente primate, si maior caussa fuerit. Si verò minor, metropolitano: si uerò fuerit seculare, apud eiusdẽ ordinis viros, iudicio tamen Eporum: cùm Apostolus priuatorum Christianorum caussas, magis ad Ecclesias deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus, libere sacerdotum, si voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles caussæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterint, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregatio congregata, quod per singulos annos bis aut ter fieri solet & debet, iuste & Deo placite coram patriarcha, aut primate Ecclesiastico, & corã patritio secularia iudicẽtur negotia in cõmune. Et sequitur: Quòd si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores caussæ fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur: quoniã hoc Apostoli statuerunt, iussione Saluatoris, vt maiores & difficilio-

Auctoritas sedis Apostolicæ.

Duodecim Iudices cuiusq; prouinciæ.

1. Cor. 6. Act. 15.

Maiores & difficiliores caussæ ad sedem Apostolicam referendæ.

liores quæstiones semper ad sedem referãtur Apostolicã, super quam, Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem apostolorum Petrum: Tu es inquit Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 16.

Hinc quoq; Euaristus Papa natione Græcus, in prima sua Epist. ad Ecclesiã Africanã, sic inter alia rescribit: Dilectio vestra, normã sequuta prudentiũ, ad sedẽ Apostolicã referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubijs custodire, potius q̃ vsurpatione præsumere, &c. Euarist. Papa in Epist. ad Ecclesiã Africanam.

Et Alexander Papa in Epistola sua prima, quæ est de sacerdotibus non vexandis, nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis, &c. Relatum est inquit, ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicẽ, cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsoque dicente principi Apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam: quod quidam æmuli Christi, eiusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant, cùm magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidẽ terminari præcipiat, &c. hæc ille. Alexan. Papa ĩ Epist. 1. Matt. 16.

Antherus quoque Papa ab Episcopis per Beticam atque Toletanam prouincias cõstitutis, super mutatione Ecclesiarum consultus, epistola sua vicissim ad eos directa, respondit in hũc modum: De mutatione ergo Episcoporum, vnde sanctam sedem Apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi vtilitate atque necessitate fieri licere, Anther. Papa in Epist. de translatione Episcoporum.

 sed

sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Eusebius de quadam parua ciuitate, apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter & Felix, &c. vnde manifeste vides Pontificem Romanum, suam in orientales ecclesias auctoritatem exercuisse, sedemque Apostolicam, ab Episcopis quantumuis procul distantibus, tamquam omnium Ecclesiarum primam ac caput, semper agnosci consuli que solitam. Sicut & in S. Fabiano Papa ac martyre, clarum est, qui ab Episcopis orientalibus consultus, quid de nouo chrismate conficiendo, quidue de veteri condendo fieri conueniret, sic iisdem rescripsit: Exigit dilectio vestra, sedis Apostolicę cōsulta, quę vobis denegare non possumus, hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum Episcopis egisse liquet: & nos qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere, fraterna caritas, & obedientię debitum compellit, &c. vt dubium non sit, non occidentales solum, sed & orientales Episcopos, in quauis caussa difficiliori, ad S. Romanam ecclesiam solere confugere, vt inde certam referrent sententiam. Vnde Felix Papa, in Epistola tertia, ad Benignum Episcopum, sic: Me requisisti, inquit, super fidei documentis, sequiturque ibidem post: Semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac sancta Sede, à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt, &c. Quod ipsum, in Epistola ad Eucharium, disertis verbis confirmat Vigilius Papa, vbi ait: Sancta Romana Ecclesia Petri merito, Domini voce consecrata, & Sanctorum Patrum auctoritate roborata, pri-

S. Fabian. papa ac martyr.

Fel. Papa in Epist. ad Benig. epm.

Vigil. Papa ad Euchar.

matum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam summa Episcoporum negotia, & iudicia atque querelę, quàm & maiores Ecclesiarum quęstiones, quasi ad caput semper referenda sunt, &c. quo quid clarius? Hinc & Diuus Hieronymus in quadam Epistola scribit Beatum Athanasium confugisse Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum, &c. Et liberatus in Breuiar. Beatus inquit, Athanasius Romanum Pontificem appellauit. Sãctus quoq; Chrysostomus factionibus Theophili Alexãdrini episcopi in exiliũ actus, ad S. Romanæ sedis auctoritatem confugit, hoc modo ad Innocentium Papam perscribens: Obsecro, vt scribas, quòd hæc tam iniquè facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium, robur non habeant, sicut neque sua natura habent. Illi autem qui inique egerunt, pœnis ecclesiasticarum legum subiaceant, &c. In quam sententiam plura de eodem Chrysostomo reperies, apud Sozomenum lib. 8. cap 26. Et Georgium Alexandrinum in vit. Ioannis Chrysost. ac Palladium Helenopolitanum episcopum S. Ioãnis Chrysostomi discipulum, in vit. eiusdem Chrysost. Necnon apud Nicephorum libr. 13. cap. 34. vnde non obscure elucescit S. Romanæ sedis in defensione ac restitutione Diui Chrysostomi auctoritas: Vt non immerito Cyrillus Alexandriæ episcopus, volens ostendere, quanti faciẽdã sit auctoritas atque iudicium Pontificis Romani, sic in Epistola ad presbyteros & populum Constantinop. aduersus impium Nestorium conscripserit: Nisi inquit, Nestorius ad terminum à Sanctissimo Romanę ecclesię episcopo Cęlestino prę-

S. Hierony. in Epist. 16.

Liberatus.

Chrysosto. ad sedem Apost. confugit.

Cyrill. Alex. episc. ad presbyt. & pop. Cõstãtinop.

fixum, nouis suis dogmatibus abstineat, & scripto Anathemate detestetur, quę apud vos & locutus est, & libellis inseruit, siue vt insererentur subornauit: nihil cum sacerdotibus Dei habiturus commercij, sed omnino futurus est alienus, &c. Et *in epist.* 18. *ad ipsum Papam Cęlestinum. super facto impij Nestorij scribens, sic demum concludit: Veruntamen ipsi ab illius communione, cum fiducia nos non eximimus, donec ista pietati tuę communicemus. Quapropter quid videatur, exprimere dignare. Scopum autem integritatis tuę perspicuum oportebit fieri per litteras, etiam religiosissimis, qui per Macedoniam sunt* Episcopis, & *simul omnibus per oriētem, &c.* Ecce caput *ecclesiasticę communionis, perhibetur esse Romanus* Pontifex, *cuius se arbitrio reuerenter submittit Cyrillus.*

Cyril. ad Papam Cælestinum.

Qui idem, haud obscure alibi etiam insinuat, Catholicis Ecclesijs *tam Orientis quàm Occidentis semper diffinitissimum fuisse S. Romanę* Ecclesiæ *sequi iudicia, neque vmquam ab illius communione separari.*

Cyril. ad Ioannem Patriarch. Antioch. Epist. 13.

Hinc quoq; Basilius ille magnus, vt eius testimonio rē istā cōcludā, in epistola 52. sic scribit: Visum est nobis cōsentaneum, vt litteras ad Episcopum *Romanum mittamus, quo res nostras consideret, & iudicij sui Decretum interponat, vt quia difficile est, de communi ac synodali decreto, aliquos illinc mitti,* αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, *ipse auctoritate sua vtatur delectis viris, qui acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad ea rescindenda, quę illic violenter acta sunt, &c.* Ex *quibus plenissime videre licet, quantę auctoritatis sit, semperque exstiterit in*


Elegans Basilij auctoritas.

rit in

rit in Ecclesia, Romanus Pontifex, quãtumq. illi, à cunctis mũdi populis, quouis tempore ac loco tributum fuerit.

Cùm enim Græcorum Ecclesia, à Romanę sedis vnitate recelsit, statim priuilegio caruit Ecclesiasticæ libertatis, &c.

Disertis verbis hac parte Epistolę ostenditur, quomodo Gręci in acerbissimum seruitutis iugum dilapsi sint, postquam à Romanę Sedis vnitate atq. obedientia se abstraxerunt. Nam statim vt gens illa, ab Ecclesię Romanę, omnium aliarum ecclesiarum capitis et magistræ, gremio recessit, iusto Dei iudicio factũ est, vt quę noluit amplius diuinum in Petro recognoscere primatũ, tolerare debeat inuita seculare dominium, aut potius acerbissimam ferocissimorum Turcarũ tyrãnidem, qua quãtum prematur, inde, nõ sine ingenti animorum nostrorũ dolore videmus. Quãquam neque illi hoc soli contigerit, sed & quotquot gentes aliæ suaue Christi iugum, per suum in terris vicarium Petrum, eiusq. legitimos in cathedra successores, Ecclesiam gubernantis, excusserunt, in easdem fere calamitates dilapsę sunt: sicut videre cuiuis licet apud eos, vbi iã fides Petri cessauit, & obedientia sanctę Romanę Ecclesiæ subtracta est, adeò verũ cõperimus, quod prædixit propheta Esaias: Gens & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Esaias 60. *A quibus omnibus, vt Deus illorum misertus, cor auferat lapideum, donetque cor carneum, ac spiritum suum ponat in medio eorum, & faciat vt in præceptis ipsius ambulent, & iudicia eius custodiant, habitentq; in terra, quam dedit Patribus eorũ, & sint illi in populum,* Ezech. 11.



& ip-

& ipse vicissim illis in Deum, nec in veterẽ idololatriã, à qua semel diuina gratia liberati sumus, relabantur: sitq; hoc modo, multitudinis credentium cor vnũ, & anima vna, fiatq; vnus pastor & vnũ ouile, vehementer optandum, & à Deo supplicibus votis semper contendendũ est. Neq; enim (vt recte lib. 1. Epist. epistola ij. quæ est ad Cornelium Papam, demonstrat s. Cyprianus) aliunde hęreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, q̃ sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, nec ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret. Nemo post diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporũ consensum, iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio, vnitatis Christi Ecclesiam scinderet. Nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouã hęresim conderet, &c.

Cyprianus ad Cornelium Papã.

Vnde hære-ses natę sũt ac schismata.

Cyprian⁹ ad Florentium Pupianum.

Idemq; rursus lib. iiij. epistolar. epist. nona ad Florentium Pupianum scribens: Vnde inquit, schismata & hęreses oborta sunt & oriuntur, nisi cùm Episcopus, qui vnus est, & Ecclesię pręest, superba quorundam pręsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur, &c. Atq. ista propter schismaticos & hęreticos, qui à Romanæ Sedis vnitate recesserunt, paucis adducta sint, vt resipiscant, & obedientiam quam debent, Christi in terris Vicario Pontifici Romano tribuant, fiatq; sic vnus omnium pastor, & vnum ouile.

Ioan. 10.

Illu-

Illuminatus inuenies quòd Ecclesia Romana, quę omnium Ecclesiarum caput est & magistra, in speculo à te proposito, &c. nihil contrarium inuenit, quod secundum statuta Sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c.

Ne quis forte existimaret, dogmatum contrarietatem, & Doctorum Ecclesię differentiam; rituumq. diuersitatem, &c. vt volebant Graeci, caussam nobis atque fomentum discordiae dedisse cum ipsis, nosq; ab illis separasse: confutat hanc friuolam eorum obiectionem ideo hac parte Epistolae suę Pontifex, dicens inter alia, Ecclesiam *Romanam, quae omnium ecclesiarum caput est & magistra, in speculo ab ipsis, sua epistola proposito,* Euāgelij *videlicet &* Epistolarū, *& doctrina aliorū Doctorum, nihil contrariū inuenisse, quod interpretatiue vel dispensatiue secundum statuta sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c. In quam sententiam, non minus grauiter, quàm pulchre & vere, in epist. secūda ad Graecorum Imperatorem Michaelem, multo ante scripsit Nicolaus Papa eius nominis Primus, in hęc verba: Serenissimi Imperij vestri gloria, quae super orthodoxae fidei integritatem firmata constare cernitur, dum aliqua in sancta Constantinopolitana Ecclesia, quę sub vestrae defensionis tutamine consistere videtur, inconuenientia prouenerint, hanc sanctam Catholicam & Apostolicam, caput omnium ecclesiarum, Romanam sci-*

scilicet Ecclesiam,*quæ semper* Sanctorum Patrum *sincerissimas auctoritates, in omnibus suis actibus sequitur, consulere decreuit: & eius consultu, quę* Ecclesiasticis *conueniunt negotijs, agere curauerit, procul dubio quę agenda, aut abigenda fuerint, irretractabiliter cuncta disponere, ordinare atq. diffinire poterit, &c. Hinc disertis verbis in sequenti* Epistola Photio *directa, quę incipit:* Postquam *beato* Petro,*&c. idem* Papa *Nicolaus scribit affirmatq. inter multa; quòd Uniuersitas credentium in hac sancta* Romana Ecclesia, *quæ caput est & magistra omnium* Ecclesiarum,*doctrinam exquirat, integritatēq. fidei deposcat, &c.* Plura *in hāc rem lectu digna, inuenies apud eundē Nicolaum papā j. in Epist. 3. ad eumdem Grecorum Imperatorem Michaelē, quæ incipit: Proposueramus quidem, &c. & alibi. Verum ista adduxisse, sat sit.*

τέλος



IN ALTERAM GREGORII PAPAE EPISTOLAM, DE DVPLICI GLADIO ECCLESIAE, &c.

Argumentum.



REGORIVS PP. *Nonus eius nominis, quod antea se per litteras præstiturum receperat, de mittendis scilicet suis ad Græcos Apocrisiarijs siue Legatis, iam exequitur, eosq; ex ordinibus SS. Francisci & Dominici desumptos atque selectos (volens eorum cum primis Religionem tunc adhuc recentem, & non ita pridē ab Innocentio Papa eius nominis Tertio etiā de Comitibus, prædecessore suo ac Patruo confirmatam, & quod ipse iam Frāciscū Catalogo Sanctorū adscripserat, honorare) cum hac sua Epistola credentiali vt vocant, mittit, in qua & nominatim eos commendat, & inter alia potissimum, de Duplici gladio Ecclesiæ, spiritali & temporali, ac de usu vtriusq; tractat, aut potius tractationem illius obiter attingit: ista vt & alia Vnionis materiam concernentia, Latoribus præsentium, de Prædicatorum & Minorum ordinibus selectis, uiris uirtute atque religione cōspicuis, morumq; honestate præclaris, & scripturarum sacrarum scientia, vt inquit, præditis, Apocrisiarijs suis, quos eò duxerat destinandos, plenius explicanda tractandaq; relinquens, vt & de Processione Spiritus sancti, ex patre & filio: De qua in insigni illorum Diffinitione atque Decreto post subiecto, latius. Repertaq; est ista Gregorij Papæ Noni Epistola latinè in Registro anni septimi Pontificatus sui, quod Romæ, in Vaticano est, quocum contulimus, & concordare inuenimus. Et quia græcè quoque fideliter è Latino translata est, in vtraque eam lingua hic edidimus.*

Gregorij Noni, quod Romæ, in Vaticano adseruatur, didici esse verissima, vbi hæc ab eo ad Patriarcham illum scribuntur. Erat autem Germanus ille secundus, homo schismaticus, quem, quod spem reconciliationis, atque obedientiæ suæ erga sedem Romanam præberet, studet ideo per litteras suas omni amore paternoque affectu plenas, ad veram Romanæ Ecclesiæ vnionem Pontifex reducere. quamobrem etiam disposuit atque decreuit viros religiosos, vitę laudabilis & probatæ scientiæ ad eum destinare. sicut & non multo post, eos ex ordinibus S. Francisci, & S. Dominici desumptos atque selectos, misit. vt ex sequenti Epistola ad eũdem patebit, vbi inter alia, de Duplici gladio Papæ, agitur, ac de vsu vtriusque. Reperitur autem hæc Gregorij Papæ Noni Epistola, in Registro anni sexti Pōtificatus sui, quod in celeberrima totius Vrbis, & orbis Bibliotheca vaticana, vnà cum alijs eiusdem Papæ habetur. vnde ista desumpsimus & contulimus.

Inter quos, primus & præcipuus Beatissimus Petrus ex prærogatiua speciali, à Domino audire meruit: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput, &c.

Hic incipit quod intenderat, de Primatu Petri, ac Pontificis Romani tractare: pro cuius confirmatione, atque probatione, multa pręclara lectuq; digna, rationibus, & auctoritatibus validissimis scripturæ, optime diducta atque firmata adfert, confutatque contraria, quæ aduersus Primatũ obijci ab hæreticis, schismaticisque

eisque solent: sicut in serie ductuque Epistolę huius ad Grecos, legenti patebit, quę quia in hac Primatus materia, valde insignis est, eam vel hoc nomine, candido lectori proponendam commendandamque censui.

Et ideo ad eum, tamquam primatem, & Euangelij Dominici fontem, venit Hierosolymã, &c.

Hæc eò spectant, vt ostendat Paulum in Petro, auctoritatis officium recognouisse, quare ad eum tamquam primatem, Hierosolymã venit, cum ipso & alijs qui videbantur maiores esse, secundum reuelationem (vt de se ad Galatas loquitur) collaturus Euangelium, ne in vacuum curreret vel cucurrisset. Unde act. 15. legimus, quo modo Paulus & Barnabas ob quęstionem de Circumcisione propositam, ascenderint Hierosolymã ad Apostolos & seniores, idque vt perpulchre in Epist. ad magnum Leonem adnotat Theodoritus, quia Petrus erat hierosolymis, cùm aliàs ne Antiochię quidem Apostoli & seniores defuerint, vbi (vt est act. 13.) Paulus & Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, & prophetę ac Doctores erant, &c. Ceterùm ad hos, vt aperte videmus, ibatur Apostolos ac seniores, inter quos Petrus erat, quoniam vbi Caput apostolorum erat, ibi totius apostolici collegij maiestatem versari, erat necesse. Notandum porro, circa illud concilium hoc est, quòd cùm magna in eo hinc inde fieret conquisitio, Petrus totam litem primus definierit, ac sua quasi voce ceteris omnibus apostolis pręierit. Quare etiã Paulus honorẽ singularem Petro, de-

Galat. 1. Act. 15. Theodorit. in Epist. ad magnũ Leonem.

fe-

ferens, Veni inquit ad Gala. 1. Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim &c. In
S. Ambros. in Epistolâ ad Galat. *quem locum scribens Ambrosius, hęc adducit: Dignum inquit, fuit, ut cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam ecclesiarum: & vt sciret Petrus hanc datam Paulo licentiam, quam & ipse acceperat, &c. Ne igitur in vanum curreret vel cucurrisset, ad Petrum tamquam primatem, & Euangelij Dominici fontem, venit Hierosolymã. declarans scilicet in vanum illos currere aut cucurrisse, qui aut vere recedunt, aut censentur recedere à primi pastoris fide atque doctrina.*

Ex quo colligitur euidenter; quòd ad Sedem Petri, omnis sit quæstio fidei referenda, &c.

Quod quęstiones fidei, & grauiores Ecclesiæ caussæ ad sedem Beati Petri sint referendę, clarum est ex multis. Et fidei quidem, ex iam positis verbis Papę colligitur: nam pręuidens Dominus quòd Ecclesia Dei conculcaretur à tyrãnis, laniaretur ab hęreticis, & à schismaticis scinderetur, ait apud Lucam: Pro te rogaui Petre, *vt non deficiat fides tua, & tu aliquando*
Luc. 22.
conuersus, confirma fratres tuos. Id quidem modò necessarium. Tempus est, ut vestrum agnoscatis pater amantissime principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis & fidem, si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmatis, si vestra auctoritate fidei corruptores conteritis, &c. In quam sententiam pulchrè in Epist.

237. ad Papam Eugenium scribit Bernardus: Locus inquit, in quo stas, terra sancta est, locus Petri est locus possessionis eius. Constitutus es super gentes & regna, vt euellas & destruas, ędifices & plantes, &c. Vnde grauiores quoque alias Ecclesiæ caussas ad sanctam sedem Apostolicam referri, ac per eam decerni atque terminari, idem in epist. sua 238. ostendit Bernardus, vbi inter alia sic habet: Peremptoriam dare sententiã ad depositionem Episcoporum, solius Romani Pontificis noscitur esse, pro eo nimirum, quòd & si alij multi voca ti sunt in partem sollicitudinis; solus ipse plenitudinem habet potestatis, &c. Et lib. 2. de Cõsideratione, ad eũdem Papã Eugenium: Tu es, inquit Bernardus, cui claues traditæ, cui oues creditę sunt: Sunt quidem & alij cęli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto differentius vtrumque prę ceteris nomen hæreditasti. habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos: tibi vniuersi crediti, vni vnus, nec modo ouiũ, sed & pastorum, tu unus omnium Pastor. Et lib. 3. Orbe inquit, exeundum ei, qui forte volet explorare, quæ non ad tuam pertinent curã, &c. Sequiturq; postea: Appella tur de toto mundo ad te, id quidem in singulare testimo nium primatus tui, &c. hactenus Bernardus.

Pulcherrima S. Bernardi uerba in istũ locũ.

Sed venio ad ipsos Rom. Põtifices, in hac re haudquaquã obscuros, quorũ aliquot testimonia magis insignia ponã: primumq; se offert S. Papę ac martyris Anacleti, natione Greci, qui de eo, in Epistola sua oĩbus Ecclesiis scripta, hęc inter alia adducit: Vnaquęq; prouincia tã

S. Anacleti PP. ac martyris testimonium.

iuxta

iuxta Ecclesiasticas, quàm iuxta seculi leges, suos debet iustos, & non iniquos habere iudices: & non externos, nisi Apostolica huius sedis decreuerit auctoritas, quatenus quicunque caussam habuerit, apud suos iudices iudicetur: & non ad alienos caussa vagandi stimulante proteruia, suam despiciens patriam transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorũ iudicium omnes caussæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum, apud episcopos, interueniente primate, si maior caussa fuerit. Si verò minor, metropolitano: si uerò fuerit seculare, apud eiusdẽ ordinis viros, iudicio tamen Eporum: cùm Apostolus priuatorum Christianorum caussas, magis ad Ecclesias deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus, libere sacerdotum, si voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles caussę, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterint, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregatio congregata, quod per singulos annos bis aut ter fieri solet & debet, iuste & Deo placite coram patriarcha, aut primate Ecclesiastico, & corã patritio secularia iudicẽtur negotia in cõmune. Et sequitur: Quòd si difficiliores ortæ fuerint questiones, aut Episcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores caussę fuerint, ad sedem Apostolicam, si appellatum fuerit, referantur: quoniã hoc Apostoli statuerunt, iussione Saluatoris, vt maiores & diffi-

[Margin: Auctoritas sedis Apostolicæ. — Duodecim Iudices cuiusq; prouinciæ. — 1. Cor. 6. Act. 15. — Maiores & difficiliores caussę ad sedem Apostolicam referendæ.]

cilio-

liores quæstiones semper ad sedem referãtur Apostolicã, super quam, Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem apostolorum Petrum: Tu es inquit Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Matth. 16.

Hinc quoq; Euaristus Papa natione Græcus, in prima sua Epist. ad Ecclesiã Africanã, sic inter alia rescribit: Dilectio vestra, normã sequuta prudentiũ, ad sedẽ Apostolicã referre maluit, quasi ad caput, quid deberet de rebus dubijs custodire, potius q̃ vsurpatione præsumere, &c. Euarist. Papa in Epist. ad Ecclesiã Africanam.

Et Alexander Papa in Epistola sua prima, quæ est de sacerdotibus non vexandis, nec scriptis ab eis per metum aut aliquam fraudem exigendis, &c. Relatum est inquit, ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicẽ, cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsoque dicente principi Apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam: quod quidam æmuli Christi, eiusque sanctæ Ecclesię insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant, cùm magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidẽ terminari præcipiat, &c. hæc ille. Alexan. Papa ĩ Epist. 1. Matt. 16.

Antherus quoque Papa ab Episcopis per Beticam atque Toletanam prouincias cõstitutis, super mutatione Ecclesiarum consultus, epistola sua vicissim ad eos directa, respondit in hũc modum: De mutatione ergo Episcoporum, vnde sanctam sedem Apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi vtilitate atque necessitate fieri licere, Anther. Papa in Epist. de translatione Episcoporum

 sed

sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Eusebius de quadam parua ciuitate, apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter & Felix, &c. vnde manifeste vides Pontificem Romanum, suam in orientales ecclesias auctoritatem exercuisse, sedemque Apostolicam, ab Episcopis quantumuis procul distantibus, tamquam omnium Ecclesiarum primam ac caput, semper agnosci consulique, solitam. Sicut & in S. Fabiano Papa ac martyre, clarum est, qui ab Episcopis orientalibus consultus, quid de nouo chrismate conficiendo, quidue de veteri condendo fieri conueniret, sic iisdem rescripsit: Exigit dilectio vestra, sedis Apostolicę cõsulta, quę vobis denegare non possumus, hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum Episcopis egisse liquet: & nos qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere, fraterna caritas, & obedientię debitum compellit, &c. vt dubium non sit, non occidentales solum, sed & orientales Episcopos, in quauis caussa difficiliori, ad S. Romanam ecclesiam solere confugere, vt inde certam referrent sententiam. Vnde Felix Papa, in Epistola tertia, ad Benignum Episcopum, sic: Me requisisti, inquit, super fidei documentis, sequiturque ibidem post: Semper enim dubia & maiora negotia terminum ab hac sancta Sede, à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt, &c. Quod ipsum, in Epistola ad Eucharium, disertis verbis confirmat Vigilius Papa, vbi ait: Sancta Romana Ecclesia Petri merito, Domini voce consecrata, & Sanctorum Patrum auctoritate roborata, pri-

[Margin: S. Fabian. papa ac martyr.]

[Margin: Fel. Papa in Epist. ad Benig. epm.]

[Margin: Vigil. Papa ad Euchar.]

matum

matum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam summa Episcoporum negotia, & iudicia atque querelę, quàm & maiores Ecclesiarum questiones, quasi ad caput semper referenda sunt, &c. quo quid clarius? Hinc & Diuus Hieronymus in quadam Epistola scribit Beatum Athanasium confugisse Romam, quasi ad tutissimum communionis suæ portum, &c. Et liberatus in Breuiar. Beatus inquit, Athanasius Romanum Pontificem appellauit. Sāctus quoq; Chrysostomus factionibus Theophili Alexādrini episcopi in exiliū actus, ad S. Romanæ sedis auctoritatem confugit, hoc modo ad Innocentium Papam perscribens: Obsecro, vt scribas, quòd hæc tam iniquè facta, & absentibus nobis, & non declinantibus iudicium, robur non habeant, sicut neque sua natura habent. Illi autem qui inique egerunt, pœnis ecclesiasticarum legum subiaceant, &c. In quam sententiam plura de eodem Chrysostomo reperies, apud Sozomenum lib. 8. cap 26. Et Georgium Alexandrinum in vit. Ioannis Chrysost. ac Palladium Helenopolitanum episcopum S. Ioānis Chrysostomi discipulum, in vit. eiusdem Chrysost. Necnon apud Nicephorum libr. 13. cap. 34. vnde non obscure elucescit S. Romanæ sedis in defensione ac restitutione Diui Chrysostomi auctoritas: Vt non immerito Cyrillus Alexandriæ episcopus, volens ostendere, quanti faciēda sit auctoritas atque iudicium Pontificis Romani, sic in Epistola ad presbyteros & populum Constantinop. aduersus impium Nestorium conscripserit: Nisi inquit, Nestorius ad terminum à Sanctissimo Romanę ecclesię episcopo Cęlestino pre-

S. Hierony. in Epist. 16.

Liberatus.

Chrysosto. ad sedem Apost. confugit.

Cyrill. Ale. episc. ad presbyt. & pop. Cōstātinop.

fixum, nouis suis dogmatibus abstineat, & scripto Anathemate detestetur, quę apud vos & locutus est, & libellis inseruit, siue vt insererentur subornauit: nihil cum sacerdotibus Dei habiturus commercij, sed omnino futurus est alienus, &c. Et in epist. 18. ad ipsum Papam Cęlestinum, super facto impij Nestorij scribens, sic demum concludit: Veruntamen ipsi ab illius communione, cum fiducia nos non eximimus, donec ista pietati tuę communicemus. Quapropter quid videatur, exprimere dignare. Scopum autem integritatis tuę perspicuum oportebit fieri per litteras, etiam religiosissimis, qui per Macedoniam sunt Episcopis, & simul omnibus per orietem, &c. Ecce caput ecclesiasticę communionis, perhibetur esse Romanus Pontifex, cuius se arbitrio reuerenter submittit Cyrillus.

Cyril. ad Papam Cælestinum.

Qui idem, haud obscure alibi etiam insinuat, Catholicis Ecclesijs tam Orientis quàm Occidentis semper diffinitissimum fuisse S. Romanę Ecclesiæ sequi iudicia, neque vmquam ab illius communione separari.

Cyril. ad Ioannem Patriarch. Antioch. Epist. 13.


Hinc quoq; Basilius ille magnus, vt eius testimonio rē istā cōcludā, in epistola 52. sic scribit: Visum est nobis cōsentaneum, vt litteras ad Episcopum Romanum mittamus, quo res nostras consideret, & iudicij sui Decretum interponat, vt quia difficile est, de communi ac synodali decreto, aliquos illinc mitti, αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, ipse auctoritate sua vtatur delectis viris, qui acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad ea rescindenda, quę illic violenter acta sunt, &c. Ex quibus plenissime videre licet, quantę auctoritatis sit, semperque exstiterit in

Elegans Basilij auctoritas.

rit in Ecclesia, *Romanus Pontifex, quãtumq. illi, à cunctis mũdi populis, quouis tempore ac loco tributum fuerit.*

Cùm enim Græcorum Ecclesia, à Romanę sedis vnitate recessit, statim priuilegio caruit Ecclesiasticæ libertatis, &c.

Disertis verbis hac parte Epistolę *ostenditur, quomodo Gręci in acerbissimum seruitutis iugum dilapsi sint, postquam à Romanę Sedis vnitate atq. obedientia se abstraxerunt. Nam statim vt gens illa, ab* Ecclesię *Romanę, omnium aliarum ecclesiarum capitis et magistræ, gremio recessit, iusto Dei iudicio factũ est, vt quę noluit amplius diuinum in Petro recognoscere primatũ, tolerare debeat inuita seculare dominium, aut potius acerbissimam ferocissimorum Turcarũ tyrãnidem, qua quãtum prematur, inde, nõ sine ingenti animorum nostrorũ dolore videmus. Quãquam neque illi hoc soli contigerit, sed & quotquot gentes aliæ suaue Christi iugum, per suum in terris vicarium* Petrum, *eiusq. legitimos in cathedra successores, Ecclesiam gubernantis, excusserunt, in easdem fere calamitates dilapsę sunt: sicut videre cuiuis licet apud eos, vbi iã fides* Petri *cessauit, & obedientia sanctę Romanę* Ecclesiæ *subtracta est, adeò verũ cõperimus, quod prædixit propheta* Esaias: *Gens & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit. A quibus omnibus, vt Deus illorum misertus, cor auferat lapideum, donetque cor carneum, ac Spiritum suum ponat in medio eorum, & faciat vt in præceptis ipsius ambulent, & iudicia eius custodiant, habitentq; in terra, quam dedit* Patribus *eorũ, & sint illi in populum, & ip-*



Esaias 60.

Ezech. 11.

& ipse vicissim illis in Deum, nec in vetere idololatriã, à qua semel diuina gratia liberati sumus, relabantur: sitq; hoc modo, multitudinis credentium cor vnũ, & anima vna, fiatq; vnus pastor & vnũ ouile, vehementer optandum, & à Deo supplicibus votis semper contendendũ est. Neq; enim (vt recte lib. 1. Epist. epistola iij. quæ est ad Cornelium Papam, demonstrat s. Cyprianus) aliunde hęreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, nec ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret. Nemo post diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporũ consensum, iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio, vnitatis Christi Ecclesiam scinderet. Nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouã hęresim conderet, &c.

Cyprianus ad Cornelium Papã.

Vnde hæreses natę sũt ac schismata.

Idemq; rursus lib. iiij. epistolar. epist. nona ad Florentium Pupianum scribens: Vnde inquit, schismata & hęreses oborta sunt & oriuntur, nisi cùm Episcopus, qui vnus est, & Ecclesię prępest, superba quorundam prę-sumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur, &c. Atq. ista propter schismaticos & hęreticos, qui à Romanæ Sedis vnitate recesserunt. paucis adducta sint, vt resipiscant, & obedientiam quam debent, Christi in terris Vicario Pontifici Romano tribuant, fiatq; sic vnus omnium pastor, & vnum ouile.

Cyprian⁹ ad Florentium Pupianum.

Ioan. 10.

Illu-

Illuminatus inuenies quòd Ecclesia Romana, quę omnium Ecclesiarum caput est & magistra, in speculo à te proposito, &c. nihil contrarium inuenit, quod secundum statuta Sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c.

Ne quis forte existimaret, dogmatum contrarietatem, & Doctorum Ecclesię differentiam; rituumq. diuersitatem, &c. vt volebant Graeci, caussam nobis atque fomentum discordiae dedisse cum ipsis, nosq; ab illis separasse: confutat hanc friuolam eorum obiectionem ideo hac parte Epistolae suę Pontifex, dicens inter alia, Ecclesiam *Romanam, quae omnium ecclesiarum caput est & magistra, in speculo ab ipsis, sua epistola proposito,* Euāgelij *videlicet &* Epistolarū, *& doctrina aliorū Doctorum, nihil contrariū inuenisse, quod interpretatiue vel dispensatiue secundum statuta sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c. In quam sententiam, non minus grauiter, quàm pulchre & vere, in epist. secūda ad Graecorum Imperatorem Michaelem, multo ante scripsit Nicolaus Papa eius nominis Primus, in hęc verba: Serenissimi Imperij vestri gloria, quae super orthodoxae fidei integritatem firmata constare cernitur, dum aliqua in sancta Constantinopolitana Ecclesia, quę sub vestrae defensionis tutamine consistere videtur, inconuenientia prouenerint, hanc sanctam Catholicam & Apostolicam, caput omnium ecclesiarum, Romanam*

sci-



IN ALTERAM GREGORII PAPAE EPISTOLAM, DE DVPLICI GLADIO ECCLESIAE, &c.

Argumentum.



REGORIVS PP. *Nonus eius nominis, quod antea se per litteras præstiturum receperat, de mittendis scilicet suis ad Græcos Apocrisiarijs siue Legatis, iam exequitur, eosq; ex ordinibus SS.* Francisci & Dominici *desumptos atque selectos (volens eorum cum primis Religionem tunc adhuc recentem, & non ita pridē ab Innocentio Papa eius nominis Tertio etiā de Comitibus, prædecessore suo ac Patruo confirmatam, & quod ipse iam Frāciscū Catalogo Sanctorū adscripserat, honorare) cum hac sua Epistola credentiali vt vocant, mittit, in qua & nominatim eos commendat, & inter alia potissimum, de Duplici gladio Ecclesiæ, spiritali & temporali, ac de usu vtriusq; tractat, aut potius tractationem illius obiter attingit: ista vt & alia Vnionis materiam concernentia, Latoribus præsentium, de Prædicatorum & Minorum ordinibus selectis, uiris uirtute atque religione cō spicuis, morumq; honestate præclaris, & scripturarum sacrarum scientia, vt inquit, præditis, Apocrisiarijs suis, quos eò duxerat destinandos, plenius explicanda tractandaq; relinquens, vt & de Processione Spiritus sancti, ex patre & filio: De qua in insigni illorum Diffinitione atque Decreto post subiecto, latius. Repertaq; est ista Gregorij Papæ Noni Epistola latinè in Registro anni septimi Pontificatus sui, quod Romæ, in Vaticano est, quocum contulimus, & concordare inuenimus. Et quia græcè quoque fideliter è Latino translata est, in vtraque eam lingua hic edidimus.*

GREGORII PAPAE IX. EPISTOLA ALTERA AD GERMANVM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANVM:

Vt ad vnitatem redeat S. Romana Ecclesia: ac de duplici gladio Ecclesia, & de vsu vtriusq; spiritali & temporali, &c.



REGORIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo Græcorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm iuxta testimonium Veritatis, occasio sit errorum ignorantia scripturarum, cunctis expedit illas legere vel audire: quia quæ in eis inspiratio diuina reposuit pro doctrina sequentium, ad cautelam trahere voluit modernorum. Sanè sub Ieroboam qui peccare fecit, vt legitur, Israelem, præsumpta diuisio tribuũ patenter signat schisma Græcorum. & multitudo abominationũ Samariæ, diuersas hæreses multitudinis, à veneratione veri Templi domini, Romanæ videlicet Ecclesiæ reuerentia, separatæ. Quòd Chrysostomus, Nazianzenus, magnus Basilius, & Cyrillus emicuerint in cœtu dissentiẽtium, eadem fuit cælestis altitudo consilij, qua degere voluit inter idololatras, Heliam, Helisẽũ, & filias prophetarum. Nunc igitur quia in alijs litteris, quas dudum tibi remisimus, latius hanc & alias auctoritatum & rationum, quæ pro Romanæ primatu Ecclesiæ faciunt, materias explicamus, illud tantũ adijcimus, quod vtrũq; gladiũ ad Romanũ pertinere Põtificẽ, ex Euangelica lectione tenemus. Etenim loquente Iesu discipulis de acquisitione gladij spiritalis, illi duos ibi positos ostenderunt, quos Dominus dixit sufficere, ad cohibitionẽ videlicet spiritalis & corporalis offensæ:

3. Reg. 12. — *Ose. 7. 8.* — *4. Reg. 1. & 7. cap.* — *De duplici gladio Ecclesiæ, & de usu utriusq;.* — *Luc. 22.*

Si ma-

Η ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ Θ΄.

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Γερμανόν· ἵνα πρὸς τὴν ὁμόνοιαν τῆς ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπανήκῃ. καὶ περὶ τῶν ἀμφοτέρ. μαχαίρ. τῆς Ἐκκλησίας.



ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ Ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῷ σεβασμίῳ ἀδελφῷ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῶν γραικῶν σωτηρίαν, καὶ ἀποστολικὴν εὐλογίαν. Ὡς ἐγγὺς τὸ μαρτύριον τῆς ἀληθείας, ἀφορμὴ δὲ τῆς πλάνης ἡ ἀγνωσία ἐστὶ τῶν γραφῶν· τοῖς πᾶσι συμφέρει, ταύτας ἀναγινώσκειν, ἢ καὶ ἀκούειν. ὅτι τὸ ἐν αὐταῖς, ἡ θεία ἐμπνευσις ἀνέθετο, τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀκολουθησάντων, καὶ ἠθέλησεν ἑλκύσαι ταύτας εἰς φυλακὴν τῶν παρόντων. ἀληθῶς ὁ Ἱεροβοὰμ, ὃς ἐποίησεν ἁμαρτῆσαι καθὼς ἀναγινώσκετε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ προσλαβεῖν τὴν διαίρεσιν τῶν φύλων, προδήλως σημαίνει τὸ σχίσμα τῶν γραικῶν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βδελυγμάτων τῆς σαμαρείας, τὰς διαφόρους αἱρέσεις σημαίνει τοῦ πλήθους ἀπὸ τῆς προσκυνήσεως τοῦ ἀληθινοῦ ναοῦ τοῦ κυρίου, τῆς ῥωμαϊκῆς δηλαδὴ Ἐκκλησίας, καὶ τῆς τιμῆς διαχωρισθέντος. ὅτι δὲ ὁ Χρυσόστομος, καὶ ὁ τοῦ Ναζιανσοῦ, ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ Κυρίλλος παραδόξως ἐξέλαμψαν· αὕτη ἡ οὐράνιος, καὶ ὑψηλὴ βουλὴ, ὡς ἠθέλησε διατελεῖν ἐν μέσῳ τῶν εἰδωλολατρῶν, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν προφητῶν. Νῦν τὸ λοιπὸν, ὅτι ἐν τοῖς ἑτέροις γράμμασι τοῖς προαποσταλεῖσι σοι, ἐδήλωσε τὴν αὐθεντίαν, καὶ τὸ δίκαιον περὶ τοῦ πρωτείου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ τὰς μεθόδους ἐνδεχομένως, τοῦτο μόνον προστιθέαμεν. Ἔτι ἀμφότεραι αἱ μάχαιραι τῷ Ἀρχιερεῖ τῶν Ῥωμαίων διαφέρουσιν εἰς τὸ διακρατεῖσθαι. καὶ ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς ἀναγνώσεως κατέχομεν· καὶ γὰρ λαλοῦντος τοῦ Ἰησοῦ τοῖς μαθηταῖς περὶ ζητήσεως τῆς πνευματικῆς μαχαίρας, ἐκεῖνοι ἐκεῖ δύο κειμένας ὑπέδειξαν. περὶ ὧν ὁ κύριος εἰπὼν, ἱκανόν ἐστι, εἰς συνοχὴν δηλαδὴ πνευματικῆς καὶ σωματικῆς προκόψεως.

γ. βασιλ. ιβ

ὠσηέ. ζ. η

δ. βασιλ. α. καὶ αὐτόθι, κεφ. ς.

λουκ. κβ. αὐτόθι.

Ἐὰν τὴν κοσμικὴν μάχαιραν παραχωρῇς διακρατεῖσθαι παρὰ τῆς
καισαρικῆς ἐξουσίας: πρόσχες, ὅτι ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ ματ Ματ. κϛ.
θαίου, εἶπε τῷ πέτρῳ: ἐπίστρεψον τὴν μάχαιράν σου, εἰς τὸν τόπον αὐτῆς.
εἰπὼν τὸ σου, ἐσήμανε τὴν κοσμικὴν μάχαιραν, μεθ᾽ ἧς ἀπέτεμε τὸν αὐτόθι.
δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως. περὶ τῆς πνευματικῆς γὰρ, οὐδενὶ ἦλθεν εἰς δυ
σαγμὸν, ὅτι αὐτῷ ἥγουν τῷ πέτρῳ, διὰ τῆς πνευματικῆς ἐπισκέ-
ψεως ἢ ἀνακαλήσεως, τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν τὴν ἐξουσίαν ἀνέθε-
το. Λοιπὸν αἱ ἀμφότεραι μάχαιραι δίδονται τῇ ἐκκλησίᾳ, πλὴν
παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ μία ὀφείλει ἐνεργεῖσθαι. ἡ δὲ ἑτέρα, διὰ τῆς
χειρὸς τῆς ἐκκλησίας τῷ κοσμικῷ ἄρχοντι δίδοσθαι. ἡ μία δέδωται
εἰς ὑπηρεσίαν στρατιώτῃ παρὰ τοῦ ἱερέως. ἡ δὲ ἑτέρα ἀπομένει εἰς
τὸ τοῦ ἱερέως θεῖον. διὰ ταῦτα λοιπὸν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μετ᾽ αὐτὰ
διατεταγμένα, καὶ διατετυπωμένα, σὲ τὸν ἀγαπῶντα τὴν τῆς ἀλη-
θείας ἀνίχνευσιν, ποιήσουσι νοῆσαι τὴν ἀγάπην, τοὺς παρόντας
ἀποκομίσας, τὸν Οὖγον καὶ Πέτρον τοὺς ἐκ τῶν κηρύκων, τὸν Ἀμ-
μώνιον, καὶ Ῥάδουλφον ἐκ τῆς τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν τάξεως, ἄν-
δρας δυνάμεως εὐλαβείᾳ συντετηρημένους, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν κοσ-
μιότητι καθαρούς, καὶ τῇ τῶν ἱερῶν γραφῶν γνώσει προσχῶντας,
φροντίσαντες ἀπεστέλκαμεν πρός σε, καθὼς ἐν τοῖς προμνημονευ-
θεῖσι γράμμασι διεμηνυσάμεθα: ὡς ἂν μετ᾽ αὐτῶν περὶ πάντων,
ὧν εἰς συζήτησιν ἔλθετε πιστῶς συντροφικῶς ἐπιφέρῃς, καὶ δια-
κριτικῶς, ἐν τῷ τροχῷ τοῦ ἐντὸς τροχοῦ τοῦ ἀποδειχθέντος τῷ
Ἰεζεκιὴλ, δυνηθῇς ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν τῆς βροντῆς, καὶ κατοπτρίσα- Ἰεζεκιὴλ.
σθαι ἐν τῷ ὑελίῳ τῆς θαλάσσης. ὅτι ὁ εἷς Ἀδὰμ ὁ τεθεὶσ εἰς ἔργον, κεφ. α. καὶ ι.
καὶ φυλακὴν τοῦ παραδείσου, καὶ ἡ δοθεῖσα αὐτῷ μία γυνὴ, προ-
τυποῖ τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν τὸν κτισθέντα ἐν δικαιο-
σύνῃ, καὶ ἁγιότητι ἀληθείας, καὶ τὴν μίαν νύμφην τὴν αὐτοῦ ἐκ-
κλησίαν. ὅτι ὁ Λαμὲχ, ὅσ τεταπεινωμένον σημαίνει, ἐν τῷ τὴν μίαν γεν. δ. ε.
γυναῖκα διαμερίσαι εἰς δύω, αἱμοχαρὴς ἐγένετο, καὶ ἄνδρα ἀπέκ-
τεινεν εἰς τραῦμα αὐτοῦ. Ἔτι οὐκ ἀναγινώσκετε εἶναι ἑτέραν κιβω- γεν. ϛ. ζ. η.
τὸς εἰ μὴ μία. ὡς γὰρ τὰ πάντα τῷ κατακλυσμῷ διεφθάρησαν, εἰς α. πέτρου. γ
ἕνα πατριάρχην ἀφεθεῖσα ἡ ἐκκλησία, ὀλίγας ψυχὰς τελειότητι καὶ. β. πέτ. β.
ἀριθμῷ διεφύλαξεν, καὶ τὸν νόμον δεύτερον δέδωκεν ὁ θεὸς, οὐκ
ἄλλον δέδωκεν, ἀλλὰ τὸν αὐτόν. ὥσπερ τὰ δύω χερουβὶμ τὰ ἐπισ- ἐξοδ. κε.
κιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, οὐκ ἀλλαχόθεν ἐπέστρεφον, ἀλλ᾽ ἔβλεπον κι. ἑβραί. θ.
πρὸς ἓν πρόσωπον, καὶ τὸν ἕνα χιτῶνα τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ὄντα ὑφαν- γεν. λζ.

τὸν

rē,& nostri Saluatoris incōsutilē vestē vnā. Verūtamē si dubietatis sensum circa Eucharistię Sacramētū, vester diuersus à nostro, ritus inducit: attende quòd non sit aliud nec diuer-
1. Cor. 15. & 2.Cor.5. Philippen. 1.Colloss.1. sum vnius Domini Iesu Christi prius in assumpta propter nos carne passibilis, post sicut à morte sic ab omni passibilitate prorsus immunis, à græcis pariter & latinis nostræ salutis mysterium frequentatur. Græcus ad fidem cum discipulo iuniore præcurrens, & tantæ gratiæ non ingratus, illius dignationis qua Deus compassus miseriæ humanæ homo voluit esse passibilis, eligens cottidie reminisci, hostiam of-
1.Cor.5.& Galat.5. ferri constituit fermentatam: vt Apostolo dicente, quod ex fermento massa corrumpitur, in fermento corruptionis, cui ante resurrectionem corpus Dominicum subiacere potuit,
Iohan.20. ostendatur. Latinus verò cum Petro seniore secutus litteræ monumentum, de qua procedit spiritalis sensus, prior introiuit, & linteamina posita, quæ sacrosanctum corpus,
Ibid. quod Ecclesiam signat, inuoluerant, separatumq; sudarium quod fuerat super caput, aspexit. Sacramentum glorificati corporis celebrare mirificentius in azymis sinceritatis ele-
Iohan.6.& Psal.77.ac Sapien.16. git. Sed vtique panis simplex ante sacrificium panis est. Trāsubstantiatione verò facta per uerba dominica, panis nō est, & ideo nec fermentatus nec azymus dici potest. Sed ille potiùs creditur esse panis viuus, qui descendit de cælo, & tribuit vitam mundo. Hęc & his similia docuit Petri sedem
Iohan. 20. vnctio spiritus & sanitas intellectus. Vtinam & tu tandem aliquando iuniorem discipulum, qui vidit & credidit secutus introeas, vt omnibus intellectis nobiscum verè psallas
Psalm.132 illud Dauidicum: Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Dat. Lateran. XV. Calend. Iunij. Pontificatus nostri Anno Septimo.

τὸν, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἕνα ἄῤῥαφον χιτῶνα. πλὴν ἐὰν δι- ἰωαν. ι. θ.
πλῆ ἔννοια τῆς εὐχαριστίας τῆς θείας, εἰς διαφορὰν ἕλκει τὸ ὑμέτερον
ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου: πρόσχες ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερον, οὐδὲ διαφέρει τοῦ
ἑνὸς κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ πρῶτον προσλαβόντος δι' ἡμᾶς σάρκα α. κορινθ. ιε.
παθητὴν, καὶ μετὰ θάνατον παντελῶς διαμείναντος ἀπαθοῦς, β. κορινθ. ε.
καὶ τοῖς Γραικοῖς, καὶ τοῖς λατίνοις ἴσον τὸ μυστήριον τῆς ἡμετέρας σω- φιλιπ. β.
τηρίας πολυτρόπως οἰκονομήσαντος. ὁ Γραικὸς προστρέχων πρὸς κολοσ. α.
τὴν πίστιν μετὰ τοῦ νεωτέρου μαθητοῦ, καὶ τοσαύτης χάριτος οὐ χα-
ριτωθεὶς τῆς ἐκείνου ἀξιότητος, λέγει ὁ θεὸς ἵλεως ἀνθρωπίνως συ-
νέπαθεν, ἄνθρωπος θελήσας παθητὸς γενέσθαι: καὶ ἐκλεγόμενος κα- ματθ. κϛ.
θημέραν, καὶ μνημονεύων θυσίαν ἀναφέρειν ἀποκαταστήσας, καθὼς ὁ μαρκ. ιδ.
ἀπόστολος λέγει: ὅτι ἐκ τῆς ζύμης τὸ φύραμα φθείρεται, ἐν ζύμῃ λουκ. κβ.
φθορᾶς, ἢ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τὸ κυριακὸν σῶμα ὑποκεῖσθαι ἠδύ- α. κορινθ. ε.
νατο, καθὼς δέδεικται. ὁ Λατῖνος δὲ μετὰ τοῦ πρεσβυτέρου Πέτρου γαλατ. ε.
ἀκολουθήσας τοῖς γράμμασι τοῦ μνημείου, ἐξ οὗ ἐκπορεύεται πνευ- Ἰωαν. κ.
ματικὸς νοῦς, πρῶτος εἰσῆλθεν, καὶ τὰ ὀθόνια κείμενα εἶδεν, τὰ τὸ
ἱερὸν καὶ ἅγιον σῶμα ἐντυλίσσοντα, ὅπερ σημαίνει τὴν ἐκκλησίαν.
χωρὶς γὰρ τὸ σουδάριον ὁ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, τὴν θυσίαν τοῦ δεδο- αὐτόθι.
ξασμένου σώματος ποιῆσαι θαυμαστοτέρως ἐξελέξατο. ἀλλὰ τὰ
ἀμφότερα ψωμία ἁπλῶς ψωμία ἐστὶ πρὸ τῆς θυσίας. μετα-
βαλλόμενα δὲ διὰ τῶν κυριακῶν ῥημάτων, ψωμία οὐκ ἔστιν: καὶ διὰ
τοῦτο οὔτε ἔνζυμον, οὔτε ἄζυμον δύναται λέγεσθαι. ἀλλὰ μᾶλλον Ἰωαν. ϛ.
ἵνα πιστεύηται ἐκεῖνο εἶναι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ψαλ. ξ.
καὶ διδοὺς ζωὴν τῷ κόσμῳ. Ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ἐδίδαξεν σοφ. ις.
ὁ θρόνος τοῦ Πέτρου χαρίσματι τοῦ πνεύματος, καὶ ὑγιᾷ συνέσει. ὤφε-
λον καὶ σύ ποτε τὸν νεώτερον μαθητὴν τὸν ἰδόντα, καὶ πιστεύσαντα
ἀκολουθήσας, εἰσέλθῃς ἐν πάσαις συνέσεσι, καὶ μεθ' ἡμῶν ἴσως ἀλη-
θῶς ψάλλειν ἐκεῖνο τὸ δαβίδικον: Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ψαλμ. ρλβ.
ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἐδόθη ἐν Λατεράνοις,
πέντε καὶ δεκάτῃ Καλάνδας Ἰουνίου, ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἡμετέρας
Ἀρχιερωσύνης.

GE

SCHOLIA QVAEDAM IN POSTERIOREM GREGORII PAPAE IX. EPISTOLAM AD GRAECOS.

DE DVPLICI GLADIO ECCLESIÆ. &c.

Vtrumque gladium ad Romanum pertinere Pontificem, ex Euangelica lectione tenemus, &c.

Lib. 1. de maioritate & obed. tit. 7. in Extrau. Bonifacij papæ VIII. cap. vnã sãctam &c.

IN huius confirmationem, de Pontificis potestate, sic in iure legimus Canonico: In hac, eiusque potestate, duos esse gladios, spiritalem videlicet, & temporalem, Euangelicis dictis instruimur. Nam dicẽtibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, in Ecclesia scilicet: cùm Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis

Luc. 22. *esse, sed satis. Sequiturq́; ibidẽ pro confirmatione hic sequẽtiũ: Certe qui in potestate Petri, temporalem gladiũ esse, negat, male verbum attendit Domini proferentis:*

Matth. 26. *Conuerte gladium tuum in vaginam. Verq́; ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritalis scilicet gladius & materialis. Sed is quidem pro Ecclesia, ille verò ab Ecclesia exercẽdus. Ille sacerdotis: ille manu Regum & militum: sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio: & temporalem auctoritatem spiritali subijci potestati, &c.* Et hæc sunt verba textus *Canonici, in præsentẽ hunc locũ facientia: Circa quæ (vt*

res omnibus sit clarior) paucula quędam adnotanda duximus, & primo quidem, Papam ex duplici gladio, quorum vterq; est in Ecclesia, probare velle, quòd subesse sibi, sit de necessitate salutis. pro cuius probatione, duo facit: primo enim de duorum illorum gladiorum tractat pluralitate, potestate, & vsu. secũdò, de ordine eorumdẽ, vbi dicit: Oportet autem gladium esse sub gladio: &c. Vbi circa prius, duo potissimum agit, primo enim ponit quod intendit, deinde probat quod dixerat: nam dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic, &c. Dicit ergo in hac, id est, in Ecclesia, eiusq; potestate duos esse gladios, spiritalem scilicet & temporalem, sicuti Euangelicis dictis instruimur. Quare vbi ait: Nam dicentibus Apostolis, &c. probat quod dixerat: Dixerat autem duos esse galdios in Eclesia, eosq; in potestate Ecclesiæ. Ceterum quia non eodem modo ijdem sunt in potestate Ecclesiæ, neq; eodem modo ad usum Ecclesiæ pertinent, iccirco tria super his potissimum agit: primò, asserit duos dumtaxat in Ecclesia esse gladios. secundò vtrumq; esse in potestate Ecclesię ostendit. tertiò, non eodem modo eos in potestate Ecclesiæ esse declarat: cùm alter sit ad vsum, alter ad patientiã & ad nutum, &c. Dicit ergo, nam dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic, id est, in Ecclesia, cùm Apostoli loquerentur: & quia ipsi Apostoli repræsentabant Ecclesiam, si inter Apostolos ipsos duo erant gladij, consequens est & in ipsa Ecclesia duos gladios esse. Vnde, dicentibus Apostolis, duos gladios ibi esse, non respondit nimis esse, sed, satis. Quare si plures gladij duobus in

Luc. 22.

Ibidem.

fixum, nouis suis dogmatibus abstineat, & scripto Anathemate detestetur, quę apud vos & locutus est, & libellis inseruit, siue vt insererentur subornauit: nihil cum sacerdotibus Dei habiturus commercij, sed omnino futurus est alienus, &c. Et *in epist.* 18. *ad ipsum Papam Cęlestinum super facto impij Nestorij scribens, sic demum concludit: Veruntamen ipsi ab illius communione, cum fiducia nos non eximimus, donec ista pietati tuę communicemus. Quapropter quid videatur, exprimere dignare. Scopum autem integritatis tuę perspicuum oportebit fieri per litteras, etiam religiosissimis, qui per Macedoniam sunt* Episcopis, & *simul omnibus per orietem, &c.* Ecce *caput ecclesiasticę communionis, perhibetur esse Romanus* Pontifex, *cuius se arbitrio reuerenter submittit Cyrillus.*

Cyril. ad Papam Cælestinum.

Qui idem, haud obscure alibi etiam insinuat, Catholicis Ecclesijs *tam Orientis quàm Occidentis semper diffinitissimum fuisse S. Romanę* Ecclesiæ *sequi iudicia, neque vmquam ab illius communione separari.*

Cyril. ad Ioannem Patriarch. Antioch. Epist. 13.

Hinc quoq; Basilius ille magnus, vt eius testimonio rē istā cōcludā, in epistola 52. *sic scribit: Visum est nobis cōsentaneum, vt litteras ad* Episcopum *Romanum mittamus, quo res nostras consideret, & iudicij sui Decretum interponat, vt quia difficile est, de communi ac synodali decreto, aliquos illinc mitti,* αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα, *ipse auctoritate sua vtatur delectis viris, qui acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad ea rescindenda, quę illic violenter acta sunt, &c.* Ex *quibus plenissime videre licet, quantę auctoritatis sit, semperque exstiterit in*


Elegans Basilij auctoritas.

rit in

rit in Ecclesia, Romanus Pontifex, quãtumq. illi, à cunctis mũdi populis, quouis tempore ac loco tributum fuerit.

Cùm enim Græcorum Ecclesia, à Romanę sedis vnitate recessit, statim priuilegio caruit Ecclesiasticæ libertatis, &c.

Disertis verbis hac parte Epistolę ostenditur, quomodo Gręci in acerbissimum seruitutis iugum dilapsi sint, postquam à Romanę Sedis vnitate atq. obedientia se abstraxerunt. Nam statim vt gens illa, ab Ecclesię Romanę, omnium aliarum ecclesiarum capitis et magistræ, gremio recessit, iusto Dei iudicio factũ est, vt quę noluit amplius diuinum in Petro recognoscere primatũ, tolerare debeat inuita seculare dominium, aut potius acerbissimam ferocissimorum Turcarũ tyrãnidem, qua quãtum prematur, inde, nõ sine ingenti animorum nostrorũ dolore videmus. Quãquam neque illi hoc soli contigerit, sed & quotquot gentes aliæ suaue Christi iugum, per suum in terris vicarium Petrum, eiusq. legitimos in cathedra successores, Ecclesiam gubernantis, excusserunt, in easdem fere calamitates dilapsę sunt: sicut videre cuiuis licet apud eos, vbi iã fides Petri cessauit, & obedientia sanctę Romanę Ecclesiæ subtracta est, adeò verũ cõperimus, quod prædixit propheta Esaias: Gens & Regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Esaias 60. *A quibus omnibus, vt Deus illorum misertus, cor auferat lapideum, donetque cor carneum, ac Spiritum suum ponat in medio eorum, & faciat vt in præceptis ipsius ambulent, & iudicia eius custodiant, habitentq; in terra, quam dedit Patribus eorũ, & sint illi in populum,* Ezech. 11. *& ip-*



& ipse vicissim illis in Deum, nec in veterẽ idololatriã, à qua semel diuina gratia liberati sumus, relabantur: sitq; hoc modo, multitudinis credentium cor vnũ, & anima vna, fiatq; vnus pastor & vnũ ouile, vehementer optandum, & à Deo supplicibus votis semper contendendũ est. Neq; enim (vt recte lib. 1. Epist. epistola iij. quæ est ad Cornelium Papam, demonstrat s. Cyprianus) aliunde hęreses obortę sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, nec ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina, obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret. Nemo post diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporũ consensum, iudicem se non iam episcopi, sed Dei faceret. Nemo dissidio, vnitatis Christi Ecclesiam scinderet. Nemo sibi placens ac tumens, seorsum foris nouã hęresim conderet, &c. Idemq; rursus lib. iiij. epistolar. epist. nona ad Florentium Pupianum scribens: Vnde inquit, schismata & hęreses oborta sunt & oriuntur, nisi cùm Episcopus, qui vnus est, & Ecclesię pręest, superba quorundam pręsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur, &c. Atq. ista propter schismaticos & hereticos, qui à Romanæ Sedis vnitate recesserunt, paucis adducta sint, vt resipiscant, & obedientiam quam debent, Christi in terris Vicario Pontifici Romano tribuant, fiatq; sic vnus omnium pastor, & vnum ouile.

Cyprianus ad Cornelium Papã.

Vnde hæreses natę sũt ac schismata.

Cyprian' ad Florentium Pupianum.

Ioan. 10.

Illu-

Illuminatus inuenies quòd Ecclesia Romana, quę omnium Ecclesiarum caput est & magistra, in speculo à te proposito, &c. nihil contrarium inuenit, quod secundum statuta Sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c.

Ne quis forte existimaret, dogmatum contrarietatem, & Doctorum Ecclesię differentiam, rituumq. diuersitatem, &c. vt volebant Græci, caussam nobis atque fomentum discordiæ dedisse cum ipsis, nosq; ab illis separasse: confutat hanc friuolam eorum obiectionem ideo hac parte Epistolæ suę Pontifex, dicens inter alia, Ecclesiam *Romanam, quæ omnium ecclesiarum caput est & magistra, in speculo ab ipsis, sua epistola proposito,* Euãgelij *videlicet &* Epistolarũ, *& doctrina aliorũ Doctorum, nihil contrariũ inuenisse, quod interpretatiue vel dispensatiue secundum statuta sanctorum Patrum, in vnitate fidei & spiritus non concordet, &c. In quam sententiam, non minus grauiter, quàm pulchre & vere, in epist. secũda ad Græcorum Imperatorem Michaelem, multo ante scripsit Nicolaus Papa eius nominis Primus, in hęc verba: Serenissimi Imperij vestri gloria, quæ super orthodoxæ fidei integritatem firmata constare cernitur, dum aliqua in sancta Constantinopolitana Ecclesia, quę sub vestræ defensionis tutamine consistere videtur, inconuenientia prouenerint, hanc sanctam Catholicam & Apostolicam, caput omnium ecclesiarum, Romanam sci-*



IN ALTERAM GREGORII PAPAE EPISTOLAM, DE DVPLICI GLADIO ECCLESIAE, &c.

Argumentum.

GREGORIVS PP. *Nonus eius nominis, quod antea se per litteras praestiturum receperat, de mittendis scilicet suis ad Graecos Apocrisiarijs siue Legatis, iam exequitur, eosq; ex ordinibus SS. Francisci & Dominici desumptos atque selectos (volens eorum cum primis Religionem tunc adhuc recentem, & non ita pridẽ ab Innocentio Papa eius nominis Tertio etiã de Comitibus, praedecessore suo ac Patruo confirmatam, & quod ipse iam Frãciscũ Catalogo Sanctorũ adscripserat, honorare) cum hac sua Epistola credentiali vt vocant, mittit. in qua & nominatim eos commendat, & inter alia potissimum, de Duplici gladio Ecclesiae, spiritali & temporali, ac de usu vtriusq; tractat, aut potius tractationem illius obiter attingit: ista vt & alia Vnionis materiam concernentia, Latoribus praesentium, de Praedicatorum & Minorum ordinibus selectis, uiris uirtute atque religione cõspicuis, morumq; honestate praeclaris, & scripturarum sacrarum scientia, vt inquit, praeditis, Apocrisiarijs suis, quos eò duxerat destinandos, plenius explicanda tractandaq; relinquens, vt & de Processione Spiritus sancti, ex patre & filio: De qua in insigni illorum Diffinitione atque Decreto post subiecto, latius. Repertaq; est ista Gregorij Papae Noni Epistola latinè in Registro anni septimi Pontificatus sui, quod Romae, in Vaticano est, quocum contulimus, & concordare inuenimus. Et quia graecè quoque fideliter è Latino translata est, in vtraque eam lingua hic edidimus.*

GREGORII PAPAE IX. EPISTOLA ALTERA AD GERMANVM PATRIARCHAM CONSTANTINOPOLITANVM:

Vt ad vnitatem redeat S. Romana Ecclesia: ac de duplici gladio Ecclesiæ, & de vsu vtriusq; spiritali & temporali, &c.



REGORIVS EPISCOPVS seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Archiepiscopo Græcorum, salutem & Apostolicam benedictionem.

Cùm iuxta testimonium Veritatis, occasio sit errorum ignorantia scripturarum, cunctis expedit illas legere vel audire: quia quæ in eis inspiratio diuina reposuit pro doctrina sequentium, ad cautelam trahere voluit modernorum. Sa-
3. Reg. 12. nè sub Ieroboam qui peccare fecit, vt legitur, Israelem, præsumpta diuisio tribuū patenter signat schisma Græcorum. &
Ose. 7. 8. multitudo abominationū Samariæ, diuersas hæreses multitudinis, à veneratione veri Templi domini, Romanæ videlicet Ecclesiæ reuerentia, separatæ. Quòd Chrysostomus, Nazianzenus, magnus Basilius, & Cyrillus emicuerint in cœtu dissentiētium, eadem fuit cælestis altitudo consilij, qua de-
4. Reg. 1. & 7. cap. gere voluit inter idololatras, Heliam, Helisęū, & filias prophetarum. Nunc igitur quia in alijs litteris, quas dudum tibi remisimus, latius hanc & alias auctoritatum & rationum, quæ pro Romanæ primatu Ecclesiæ faciunt, materias expli-
De duplici gladio Ecclesiæ, & de usu utriusq;. Luc. 22. camus, illud tantū adijcimus, quod vtrūq; gladiū ad Romanū pertinere Pōtificē, ex Euangelica lectione tenemus. Etenim loquente Iesu discipulis de acquisitione gladij spiritalis, illi duos ibi positos ostenderunt, quos Dominus dixit sufficere, ad cohibitionē videlicet spiritalis & corporalis offensæ:

Ἡ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ Θ´.

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως Γερμανόν: ἵνα πρὸς τὴν ὁμόνοιαν τῆς ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπανήκῃ. καὶ περὶ τῶν ἀμφοτέρ. μαχαίρ. τῆς Ἐκκλησίας.



ΡΗΓΟΡΙΟΣ Ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ θεοῦ, τῷ σεβασμίῳ ἀδελφῷ τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῶν γραικῶν σωτηρίαν, καὶ ἀποστολικὴν εὐλογίαν. Ὡς ἐγγὺς τὸ μαρτύριον τῆς ἀληθείας, ἀφορμὴ δὲ τῆς πλάνης ἡ ἀγνωσία ἐστὶ τῶν γραφῶν: τοῖς πᾶσι συμφέρει, ταύτας ἀναγινώσκειν, ἢ καὶ ἀκούειν. ὅτι τὸ ἐν αὐταῖς, ἡ θεία ἐμπνευσις ἀνέθετο, τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀκολουθησάντων, καὶ ἠθέλησεν ἑλκύσαι ταύτας εἰς φυλακὴν τῶν παρόντων. ἀληθῶς ὁ Ἱεροβοὰμ, ὃς ἐποίησεν ἁμαρτῆσαι καθὼς ἀναγινώσκετε τὸν Ἰσραὴλ, καὶ προσλαβεῖν τὴν διαίρεσιν τῶν φύλων, προδήλως σημαίνει τὸ σχίσμα τῶν γραικῶν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βδελυγμάτων τῆς σαμαρείας, τὰς διαφόρους αἱρέσεις σημαίνει τοῦ πλήθους ἀπὸ τῆς προσκυνήσεως τοῦ ἀληθινοῦ ναοῦ τοῦ κυρίου, τῆς ῥωμαϊκῆς δηλαδὴ Ἐκκλησίας, καὶ τῆς τιμῆς διαχωρισθέντος. ὅτι δὲ ὁ Χρυσόστομος, καὶ ὁ τοῦ Ναζιανζοῦ, ὁ μέγας Βασίλειος, καὶ ὁ Κυρίλλος παραδόξως ἐξέλαμψαν· αὕτη ἡ οὐράνιος, καὶ ὑψηλὴ βουλὴ, ὡς ἠθέλησε διατελεῖν ἐν μέσῳ τῶν εἰδωλολατρῶν, τὸν Ἠλίαν, τὸν Ἐλισσαῖον, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν προφητῶν. Νῦν τὸ λοιπὸν, ὅτι ἐν τοῖς ἑτέροις γράμμασι τοῖς προαποσταλεῖσι σοι, ἐδήλωσε τὴν αὐθεντίαν, καὶ τὸ δίκαιον περὶ τοῦ πρωτείου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καὶ τὰς μεθόδους ἐνδεχομένως, τοῦτο μόνον προστιθέαμεν. Ἔτι ἀμφότεραι αἱ μάχαιραι τῷ Ἀρχιερεῖ τῶν Ῥωμαίων διαφέρουσιν εἰς τὸ διακρατεῖσθαι. καὶ ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς ἀναγνώσεως κατέχομεν: καὶ γὰρ λαλοῦντος τοῦ Ἰησοῦ τοῖς μαθηταῖς περὶ ζητήσεως τῆς πνευματικῆς μαχαίρας, ἐκεῖνοι ἐκεῖ δύο κειμένας ὑπέδειξαν. περὶ ὧν ὁ κύριος εἶπεν, ἱκανόν ἐστι, εἰς συνοχὴν δηλαδὴ πνευματικῆς καὶ σωματικῆς προκόψεως.

Marginal notes: γ. βασιλ. ιβ — ὡσηέ. ζ. η — δ. βασιλ. α. καὶ αὐτόθι, κεφ. ς. — λουκ. κβ, αὐτόθι.

 Ἐὰν

Ἐὰν τὴν κοσμικὴν μάχαιραν παραχωρῆς διακρατεῖσθαι παρὰ τῆς καισαρικῆς ἐξουσίας· πρόσχες, ὅτι ὁ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ ματθαίου, εἶπε τῷ πέτρῳ· ἀπόστρεψον τὴν μάχαιράν σου, εἰς τὸν τόπον αὐτῆς. εἰπὼν τὸ σου, ἐσήμανε τὴν κοσμικὴν μάχαιραν, μεθ' ἧς ἀπέτεμε τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως. περὶ τῆς πνευματικῆς γὰρ, οὐδενὶ ἦλθεν εἰς δισταγμὸν, ὅτι αὐτῷ ἥγουν τῷ πέτρῳ, διὰ τῆς πνευματικῆς ἐπισκέψεως ἢ ἀναγκαλήσεως, τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν τὴν ἐξουσίαν ἀνέθετο. Λοιπὸν αἱ ἀμφότεραι μάχαιραι δίδονται τῇ ἐκκλησίᾳ, πλὴν παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ μία ὀφείλει ἐνεργεῖσθαι. ἡ δὲ ἑτέρα, διὰ τῆς χειρὸς τῆς ἐκκλησίας τῷ κοσμικῷ ἄρχοντι δίδοσθαι. ἡ μία δίδωται εἰς ὑπηρεσίαν στρατιώτου παρὰ τοῦ ἱερέως. ἡ δὲ ἑτέρα ἀπομένει εἰς τὸ τοῦ ἱερέως θεῖον. διὰ ταῦτα λοιπὸν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ μετ' αὐτὰ διατεταγμένα, καὶ διατετυπωμένα, σὲ τὸν ἀγαπῶντα τὴν τῆς ἀληθείας ἀνίχνευσιν, ποιήσουσι νοῆσαι τὴν ἀγάπην, τοὺς παρόντας ἀποκομιστὰς, τὸν Οὖγον καὶ Πέτρον τοὺς ἐκ τῶν κηρύκων, τὸν Ἀμμώνιον, καὶ Ῥάδουλφον ἐκ τῆς τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν τάξεως, ἄνδρας δυνάμεως εὐλαβείᾳ συντετηρημένους, καὶ τῇ τῶν ἠθῶν κοσμιότητι καθαροὺς, καὶ τῇ τῶν ἱερῶν γραφῶν γνώσει προσχῶντας, φροντίσαντες ἀπεστάλκαμεν πρός σε, καθὼς ἐν τοῖς προμνημονευθεῖσι γράμμασι δεδηλώσαμεν· ὡς ἂν μετ' αὐτῶν περὶ πάντων, ὧν εἰς συζήτησιν ἐλθεῖν πιστεύσει συντροφικῶς ἐπιφέρῃς, καὶ διακριτικῶς, ἐν τῷ τροχῷ τοῦ ἐντὸς τροχοῦ τοῦ ἀποδειχθέντος τῷ Ἰεζεκιὴλ, δυνηθῇς ἀκοῦσαι τὴν φωνὴν τῆς βροντῆς, καὶ κατοπτρίσασθαι ἐν τῷ ὑελίῳ τῆς θαλάσσης. ὅτι ὁ εἷς Ἀδὰμ ὁ τεθεὶς εἰς ἔργον, καὶ φυλακὴν τοῦ παραδείσου, καὶ ἡ δοθεῖσα αὐτῷ μία γυνὴ, προτυποῖ τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν τὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἁγιότητι ἀληθείας, καὶ τὴν μίαν νύμφην τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν. ὅτι ὁ Λαμὴχ, ὃς τὸν ἀπεινωμένον σημαίνει, ἐν τῷ τὴν μίαν γυναῖκα διαμερίσαι εἰς δύο, αἱμοχαρὴς ἐγένετο, καὶ ἄνδρα ἀπέκτεινεν εἰς τραῦμα αὐτοῦ. Ἔτι οὐκ ἀναγινώσκετε εἶναι ἑτέρα κιβωτὸς εἰ μὴ μία. ὡς γὰρ τὰ πάντα τῷ κατακλυσμῷ διεφθάρησαν, εἰς ἕνα πατριάρχην ἀφεθεῖσα ἡ ἐκκλησία, ὀλίγας ψυχὰς τελειότητι ἀριθμῷ διεφύλαξεν, καὶ τὸν νόμον δεύτερον δέδωκεν ὁ θεὸς, οὐκ ἄλλον δέδωκεν, ἀλλὰ τὸν αὐτόν. ὥσπερ τὰ δύο χερουβὶμ τὰ ἐπισκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον, οὐκ ἀλλαχόθεν ἐπέστρεφον, ἀλλ' ἔβλεπον πρὸς ἓν πρόσωπον, καὶ τὸν ἕνα χιτῶνα τοῦ Ἰωσὴφ τὸν ὄντα ὑφαντὸν

Ματ. κϛ.
αὐτόθι.
Ἰεζεκιήλ. κεφ. α. κὶ ι.
γεν. δ. ε.
γεν. ϛ. ζ. η.
α. πέτρου. γ
κὶ. β. πέτ. β.
ἐξοδ. κε.
κὶ. ἑβραί. θ.
γεν. λζ.

rē,& nostri Saluatoris incōsutilē vestē vnā. Verūtamē si dubietatis sensum circa Eucharistię Sacramētū, vester diuersus à nostro, ritus inducit: attende quòd non sit aliud nec diuer-
1. Cor. 15. & 2. Cor. 5. Philippen. 2. Colloss. 1. sum vnius Domini Iesu Christi prius in assumpta propter nos carne passibilis, post sicut à morte sic ab omni passibilitate prorsus immunis, à græcis pariter & latinis nostræ salutis mysterium frequentatur. Græcus ad fidem cum discipulo iuniore præcurrens, & tantæ gratiæ non ingratus, illius dignationis qua Deus compassus miseriæ humanæ homo voluit esse passibilis, eligens cottidie reminisci, hostiam of-
1. Cor. 5. & Galat. 5. ferri constituit fermentatam: vt Apostolo dicente, quod ex fermento massa corrumpitur, in fermento corruptionis, cui ante resurrectionem corpus Dominicum subiacere potuit,
Iohan. 20. ostendatur. Latinus verò cum Petro seniore secutus litteræ monumentum, de qua procedit spiritalis sensus, prior introiuit, & linteamina posita, quæ sacrosanctum corpus,
Ibid. quod Ecclesiam signat, inuoluerant, separatumq; sudarium quod fuerat super caput, aspexit. Sacramentum glorificati corporis celebrare mirificentius in azymis sinceritatis ele-
Iohan. 6. & Psal. 77. ac Sapien. 16. git. Sed vtique panis simplex ante sacrificium panis est. Trāsubstantiatione verò facta per uerba dominica, panis nō est, & ideo nec fermentatus nec azymus dici potest. Sed ille potius creditur esse panis viuus, qui descendit de cælo, & tribuit vitam mundo. Hęc & his similia docuit Petri sedem
Iohan. 20. vnctio spiritus & sanitas intellectus. Vtinam & tu tandem aliquando iuniorem discipulum, qui vidit & credidit secutus introeas, vt omnibus intellectis nobiscum verè psallas
Psalm. 132 illud Dauidicum: Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Dat. Lateran. XV. Calend. Iunij. Pontificatus nostri Anno Septimo.

τὸν, καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὸν ἕνα ἄῤῥαφον χιτῶνα. πλὴν ἐὰν δι- ἰωαν. ι. θ.
πλῆ ἔννοια τῆς εὐχαριστίας τῆς θείας, εἰς διαφορὰν ἕλκει τὸ ὑμέτερον
ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου: πρόσχες ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερον, οὐδὲ διαφέρει τοῦ
ἑνὸς κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ πρῶτον προσλαβόντος δι' ἡμᾶς σάρκα α. κοριν. ιε.
παθητὴν, καὶ μετὰ θάνατον παντελῶς διαμείναντος ἀπαθοῦς, β. κορινθ. ε.
καὶ τοῖς Γραικοῖς, καὶ τοῖς λατίνοις ἴσον τὸ μυστήριον τῆς ἡμετέρας σω- φιλιπ. β.
τηρίας πολυτρόπως οἰκονομήσαντος. ὁ Γραικὸς προστρέχων πρὸς κολοσ. α.
τὴν πίστιν μετὰ τοῦ νεωτέρου μαθητοῦ, καὶ τοσαύτης χάριτος οὐ χα-
ριτωθεὶς τῆς ἐκείνου ἀξιότητος, ἐπεὶ ὁ θεὸς ἵλεως ἀνθρωπίνως συ-
νέπαθεν, ἄνθρωπος θελήσας παθητὸς γενέσθαι: καὶ ἐκλεγόμενος κα ματθ. κς.
θημέραν, καὶ μνημοσύνων θυσίαν ἀναφέρειν ἀποκαταστήσας, καθὼς ὁ μαρκ. ιδ.
ἀπόστολος λέγει: ὅτι ἐκ τῆς ζύμης τὸ φύραμα φθείρεται, ἐν ζύμῃ λουκ. κβ.
φθορᾶς, ἢ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τὸ κυριακὸν σῶμα ὑποκεῖσθαι ἠδύ- α. κοριν. ε.
νατο, καθὼς δέδεικται. ὁ Λατῖνος δὲ μετὰ τοῦ πρεσβυτέρου Πέτρου γαλατ. ε.
ἀκολουθήσασ τοῖς γράμμασι τοῦ μνημείου, ἐξ οὗ ἐκπορεύεται πνευ- Ἰωαν. κ.
ματικὸς νοῦσ, πρῶτοσ εἰσῆλθεν, καὶ τὰ ὀθόνια κείμενα εἶδεν, τὰ τὸ
ἱερὸν καὶ ἅγιον σῶμα ἐντυλίασοντα, ὅπερ σημαίνει τὴν ἐκκλησίαν.
χωρὶσ γὰρ τὸ σουδάριον ὃ ἦν ἐπὶ τῆσ κεφαλῆσ, τὴν θυσίαν τοῦ δεδο- αὐτόθι.
ξασμένου σώματοσ ποιῆσαι θαυμασοτέρωσ ἐξελέξατο. ἀλλὰ τὰ
ἀμφότερα ψωμία ἁπλῶσ ψωμία ἐστὶ πρὸ τῆσ θυσίασ. μετα-
βαλλόμενα δὲ διὰ τῶν κυριακῶν ῥημάτων, ψωμία οὐκ ἔστιν: καὶ διὰ
τοῦτο οὔτε ἔνζυμον, οὔτε ἄζυμον δύναται λέγεσθαι. ἀλλὰ μᾶλλον Ἰωαν. ς.
ἵνα πιστεύηται ἐκεῖνο εἶναι ὁ ἄρτοσ ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰσ, ψαλ. οξ.
καὶ διδοὺσ ζωὴν τῷ κόσμῳ. Ταῦτα, καὶ τὰ τούτοισ ὅμοια ἐδίδαξεν σοφ. ις.
ὁ θρόνος τοῦ Πέτρου χαρίσματι τοῦ πνεύματοσ, καὶ ὑγιᾷ συνέσει. ὤφε-
λον καὶ σὺ ποτε τὸν νεώτερον μαθητὴν τὸν ἰδόντα, καὶ πιστεύσαντα
ἀκολουθήσασ, εἰσέλθῃσ ἐν πάσαισ συνέσεσι, καὶ μεθ' ἡμῶν ἴσωσ ἀλη
θῶσ ψάλλειν ἐκεῖνο τὸ δαβίδικον: Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ψαλμ. ρλβ.
ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἐδόθη ἐν Λατεράνῳ,
πέντε καὶ δεκάτῃ Καλάνδυσ Ἰουνίου, ἑβδόμῳ ἔτει τῆς ἡμετέρασ
Ἀρχιερωσύνησ.

GE-

res omnibus sit clarior) paucula quędam adnotanda duximus, & primo quidem, Papam ex duplici gladio, quorum vterq; est in Ecclesia, probare velle, quòd subesse sibi, sit de necessitate salutis. pro cuius probatione, duo facit: primo enim de duorum illorum gladiorum tractat pluralitate, potestate, & vsu. secūdò, de ordine eorumdē, vbi dicit: Oportet autem gladium esse sub gladio: &c. Vbi circa prius, duo potissimum agit, primo enim ponit quod intendit, deinde probat quod dixerat: nam dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic, &c. Dicit ergo in hac, id est, in Ecclesia, eiusq; potestate duos esse gladios, spiritalem scilicet & temporalem, sicuti Euangelicis dictis instruimur. Quare vbi ait: Nam dicentibus Apostolis, &c. probat quod dixerat: Dixerat autem duos esse galdios in Eclesia, eosq; in potestate Ecclesiæ. Ceterum quia non eodem modo ijdem sunt in potestate Ecclesiæ, neq; eodem modo ad usum Ecclesiæ pertinent, iccirco tria super his potissimum agit: primò, asserit duos dumtaxat in Ecclesia esse gladios. secundò vtrumq; esse in potestate Ecclesię ostendit. tertiò, non eodem modo eos in potestate Ecclesiæ esse declarat: cùm alter sit ad vsum, alter ad patientiā & ad nutum, &c. Dicit ergo, nam dicentibus Apostolis: Ecce duo gladij hic, id est, in Ecclesia, cùm Apostoli loquerentur: & quia ipsi Apostoli repræsentabant Ecclesiam, si inter Apostolos ipsos duo erant gladij, consequens est & in ipsa Ecclesia duos gladios esse. Vnde, dicentibus Apostolis: duos gladios ibi esse, non respondit nimis esse, sed, satis. Quare si plures gladij duobus in

Luc. 22.

ibidem.

Ecclesia essent, non dixisset Dominus, satis; sed, parum est. Et si pauciores non satis, sed minus est, dixisset. Ex ipsis itaq; verbis Domini dicentis est, intelligitur optime duos in Ecclesia gladios esse, nec plures nec pauciores. Hosce verò non solum in Ecclesia (sicut iam ostensum est) sed & in potestate Ecclesiæ esse, probant verba illa textus: Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, &c. quasi diceretur: Verùm quia nemini dubiū existit, spiritalem gladium in potestate Ecclesiæ esse, ideo Papa hoc ipsum de gladio quoque probat temporali, dicens: Certe qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini, proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. nam tuum inquiens, temporalem seu materialem gladium, secundū Gregorium hunc nostrum, denotat, quo percussit seruum Principis sacerdotum, &c. Unde quoque haud obscure colligitur, alterum gladiorum esse visibilem, quoniam extractus fuit (vt ex iam positis clarum est) significatq; gladium temporalem siue materialem, quòd corpora respiciat, lęsionemq; in ijs visibilem efficiat. Alter autem quia non fuit extractus, inuisibilis censendus est, significans gladium spiritalem, qui animas ferit, inuisibiliterq; lędit. Quod si igitur de gladio extracto atq; visibili, gladium materialem significante, dixit Dominus Petro: Conuerte gladium tuum, &c. perspicuum euadit, gladium quoque materialem esse Petri, & in potestate Petri, & per consequens (quia de spiritali gladio nemini dubium existit) vterq; gladius in Ecclesia, & in potesta-

Gregor. IX. in Epist. de Duplici gladio.

te

te Ecclesiæ erit. Quin & in huius confirmationem, alibi sic scribit Bernardus: Aggredere (inquit) eos, id est, malos Christianos, nō ferro sed verbo: duos innuens esse gladios, alterum spiritalem, qui ferit verbo; alterum temporalem seu materialem, qui ferit ferro, &c. Subditq́; de materiali gladio dicens: Quid tu de vno vsurpare gladio tentas, quem semel iussus es reponere in vaginam, &c. Quia igitur Dominus de materiali illo gladio, sicut dictum est, ait ad Petrum: Conuerte gladium tuum in vaginam. Hinc fit quòd Papa eo (licet sit suus, & in potestate sua) non debeat vti, vel ferire. Summi autem Pontificis, *& in potestate eiusdem, materialem hunc gladium esse, idem quoque ostendit Bernardus, dicens: quem, id est materialem gladium, qui tuum negat (*Eugenium *Papam compellat) non satis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis: Conuerte gladium tuum in vaginam, &c.*

S. Bernard. ad Papam Eugenium.

Idem S. Bernard. ibid.

Matth. 26.

Tametsi autem vterque iste gladius sit in Ecclesia, *& in potestate* Ecclesię, *vti demonstratum est, non tamen eodem modo vterque illorum ad* Ecclesiam *pertinet: sicut etiam haud obscure Gregoriana hęc nostra* Epistola *ostendit, &* Extrauagans *Bonifaciana ante citata, optime declarat. Quod autem non eodem modo vterq́; gladius sit in* Ecclesia, *& in potestate* Ecclesiæ, *vel hinc conuincitur: Quoniam spiritalis gladius est in* Ecclesia, *& in potestate* Ecclesiæ *ad vsum, materialis verò non ad vsum, sed ad patientiam & ad nutum: vnde dicitur, quòd is quidem, id est materialis, sit pro* Ecclesia. *Ille verò,*

Cap. vnam sanctam.

dium esse sub gladio: & temporalem auctoritatem spiritali subijci potestati. Et hoc probat auctoritate Apostoli, & Dionysij Areopag. eius discipuli, Apostoli quidē dicentis: Non est potestas nisi à Deo: quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt: non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per aliud in suprema. Nam secundum Dionysium Areop.(ecce altera auctoritas) Lex diuinitatis est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem vniuersi, omnia æque ac immediate: sed infima per media: & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritalem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet potestatem præcellere, oportet tanto clarius nos fateri, quanto spiritalia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione, & benedictione, & sanctificatione; ex ipsius potestatis acceptione, atq; ex ipsarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate testante: spiritalis potestas terrenam potestatem instituere habet, & iudicare si bona non fuerit: si de Ecclesia, *& ecclesiastica potestate verificatur vaticinium* Hieremiæ: Ecce con*stitui te hodie super gentes & regna, & cetera quæ sequuntur.* Ergo *si deuiat terrena potestas, iudicabitur à potestate spiritali: sed si deuiat minor spiritalis, à suo superiori. Si autem suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante Apostolo: Spiritalis homo iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem hæc auctoritas: & si data sit homini, Vt*

Rom. 13.

Dionys. 5. de diuinis nominibus.

Spiritalia antecellunt temporalia.

Hierem. 1.

1. Cor. 2.

exerceatur per hominem: non humana sed diuina potius, diuino ore Petro data, sibiq; suisque successoribus in ipso quem confessus fuit, petra firmata, dicente Domino in Petro: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, &c. Atqui hæc in Extrauaganti illa Bonifac. diducta sic habes: quæ vel ideo adducere visum est, vt res omnibus sit clarior, intelligaturq; non modo duos Pontifici attributos esse gladios, quorum vterq; est in Ecclesia, & in potestate Ecclesię, *sed & eorum vsum alium esse atque alium. Atque hinc ordinem quoq; & potestatem differentem, quòd sicut materialis gladius subest spiritali, ita potestas temporalis subditur spiritali, & principatus terrenus spiritali & Ecclesiastico: de quibus omnibus in Extrauaganti & capitulo allegatis, & in glossa latius. Plura in hanc rem qui volet, S.* Tho*mam Aquinatem legat in 2. Sententiarum, dist. 24. seu vltima .. Quæst. 2. in expositione literæ, in Respons. ad 4. argumentum in fine, vbi clarissime eadē adstruit, & vtrumq; gladium ad* Pontificem *Romanum pertinere doctissime concludit. Locus dignus qui legatur. Item in Opuscul. de Regimine Principum, lib. 1. cap. 14. ac 15. Et lib. 3. de Regim. Princip. pręsertim cap. 10. & 17. necnon 19. & 20. vbi hæc copiose atque erudite varijs rationibus, exemplisque efficacissimis diducta atque probata reperiet, quò diligens à me Lector remittitur, vt in ceteris sibi satisfaciat, nobis interim ad alia progredientibus.*

Matth. 16.

S. Thom. Aquin. in 2. Sentent. dist. 24. & Opusc. de Regim. Principum.

Alia præter vnam, arca non legitur, quæ cun cta vastante diluuio, sub vnius Patriarchę remigis potentatu,&c.

Simile in allegata illa Extrauaganti Bonifaciana adducitur in hæc verba: Vna nempe fuit diluuij tēpore arca Noe: vnam Ecclesiam præfigurans, quæ in vno cubito consummata, vnum Noe videlicet gubernatorem habuit & rectorem: extra quam omnia subsistentia super terram, legimus fuisse deleta, &c. Et illud idem est, quod in hac Epistola dicitur: quando cuncta diluuio interierunt, seu deleta sunt, in vnum Patriarcham Noe relictam esse Ecclesiam, &c. Vt autem bene intelligatur vis huius comparationis: notandum est sex potissimum modis secundum S. Augustinum, in arca Noe Dei Ecclesiam præfigurari; ac primo quidem, ex eius vacillatione; nam sicut arca illa ferebatur super aquas fluctuātes, ita Ecclesia militans in hoc seculo non citra fluctuationes requiescit. Patet hoc idem secundo, ex illius arcę materia: Quoniam sicut ex ligno fabricata est arca, & per lignum ibi saluatæ sunt animę, sic ex ligno crucis Christi dependet salus Ecclesię. Tertio patet hoc idem ex illius arcę proportione; Erat enim (vt Augustinus ait) sicut proportio corporis humani: nam erat sexies siue sex vicibus magis longa quàm lata, & decies longa magis quàm alta; trecentorum enim erat cubitorum longitudo, quinquaginta latitudo, & triginta altitudo eius. Sicq; corpus humanum dispositum est, vt sit decies longum magis quàm grossum: & sexies longum quàm latum,

Ecclesia arcę Noe comparata.

S. Aug. 15: de ciuit. Dei & 16. &c.

S. August. ibid.

Arca Noe quàm alta, lōga & lata extiterit.

~~Et hinc~~

quemadmodum ex subiectis hisce vulgatis, hoc ipsum innotescit versibus:

Terdenis alta cubitis: & longa trecentis.
Et decies quinis, lata fit arca Noe,
Sex vicibus longum, latum, transcendit & altum,
Denis: humani corporis instar habens.

Et hinc arca Noe figurabat Ecclesiam, *cuius redemptor factus homo, ad saluandos homines venit.*

Quarto, eadem arca Ecclesiam *figurat, si eius consideremus ostium, quod ex latere positum erat: Quoniam & Christo redemptori nostro in cruce latus apertum fuit, vnde fluxerunt sacramenta, per qua dicitur* Ecclesia *esse formata.*

Quinto, arca illa Ecclesiam *significat, si eius inspiciamus compositionem; Siquidem fuit composita ex lignis quadratis, quod ad stabilitatem* Ecclesiæ *pertinet: corpus enim quadratum cuiusmodi est taxillus,* ex *quacunque parte vertatur, stat.*

Sexto, arca Noe Ecclesiam *repræsentat, si eius consideretur distinctio; erat enim arca illa bicamerata: nam secundum communem modum ponendi, bicamerata erat inferius: tricamerata superius. Erant autem cameræ duæ superiores, in quarũ vna, erant animalia mitia: in alia non mitia: at in media, homines & aues. Et sic Ecclesia secundum Augustinum, est bicamerata: quia composita ex iudæis & gentibus, siue ex iudæis & græcis, vt nomine Græcorum intelligantur gentes. Est tricamerata, quia ex tribus filijs Noe, omnes homines sunt reparati, ex quibus*

S. August. ibidem.

ibidem.

bus facta est Ecclesia. Atqui sex hisce modis arca illa Noe secundum August. figurabat Ecclesiam. interius erat ampla, superius stricta in vno cubito consummata, & per vnum Rectorem gubernata, &c. de quibus latius apud ipsum Augustinum, & in glossa alleg. quò diligens à nobis Lector remittitur. In cap. Vnã sanctam.

Vnamque Ioseph vestem textam, vnamque Saluatoris nostri vestem inconsutilem, &c.

Aliud exemplum adducit Pontifex ab vna veste Ioseph, & vna illa Christi, illa texta, hac autẽ inconsutili desumptum, quo Grecos ad vnionem sanctæ Romanæ Ecclesię pertrahere nititur, docens illam vnam esse, eãque varie in scripturis prefiguratam, sicut varia vnitatis eius exempla hic posita clare demonstrant; & sicut inter alia istud de vna illa veste Joseph texta: sed maxime quod dicitur de Domini veste inconsutili, quæ (vt est in cap. Bonifaciano, superius allegato) scissa non fuit, sed sorte prouenit, & c. Pro quo notandum est, quòd vestes Domini fuerint quadripartitę quattuor militibus diuisę, inter quas erat (sicut dicitur in Euangelio) tunica inconsutilis, desuper contexta per totum; quæ non erat diuisa, sed per sortem habita, secundum illud: Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Sciendum enim est hic in vtroque secundum S. Augustinum, significari Ecclesiam, quattuor scilicet partibus in orbe diffusam, in ijsdemq; æqualiter, id est, concorditer distributam. Ceterum tunica illa inconsutilis sortita, Ecclesiam significat, quantum ad vnitatem cari- Cap. vnam sanctam. Ioan. 19. Psal. 21. August. in 19. Io. cap. super verba iã allegata.

F tatis,

tatis, quæ quidem caritas & est desuper, quia habet viã supereminentiorem: & est contexta per totum, quia est catholica, quod idem est, quod generalis & totalis. Est autem inconsutilis, ne diuidatur: sed vna permaneat, omnesq; in vnum colligat. Sorte est habita, in qua diuina gratia commendatur; quod cum sors mittitur, non personæ, sed occulto Dei iudicio ceditur, &c. Et hæc Augustinus. Quòd si ergo in vna arca Noe, & in vnica tunica Christi inconsutili, alijsq. aptissime vna præfiguratur demonstraturq; esse catholica & Apostolica Ecclesia, Romana scilicet: Erit igitur (vt verbis et illatione Bonifacij Papæ vtamur) Ecclesiæ vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput: nõ duo capita, quasi monstrũ, Christus videlicet, & Christi vicarius Petrus, Petriq; successor legitimus. Dicente Domino ipsi Petro: Pasce oues meas: meas inquit, & generaliter nõ singulariter has uel illas: p quod cõmisisse sibi ĩtelligitur vniuersas. Siue ergo Græci, siue alij se dicant Petro eiusq; successoribus non esse commissos, fateantur oportet se de ouibus Christi nõ esse: dicente Domino in Iohanne: Vnum ouile & vnicum esse pastorem, &c. Cum & in vno illo ouili, quod est Ecclesia, omnes congregari, omnesq; saluari velit Saluator noster Christus Iesus, qui æqualiter Græcis atq; Latinis (vt paulo post subijcitur in Gregoriana hac nostra Epistola) multis modis nostræ salutis dispensauit mysteriũ: ne qua Græco se à communi illo ouili, Romana scilicet Ecclesia sese abscindendi foret occasio, atque prætextus.

Matth. 26.

Iohan. 10.

IN DIFFINITIONEM SIVE DECRETVM APOCRISIARIORVM GREGORII PAPAE IX.

Argumentum.



Doctissima & elegantissima hac est Apocrisiariorum Gregorij Papa Noni Diffinitio ac declaratio, qua manifestissimè aduersus schismaticos Græcos, viuis rationibus, efficacissimisq; SS. Patrum tam Græcorum quam Latinorum auctoritatibus ostenditur, conuincitúrq; Spiritum Sanctum æquè à Filio atque à Patre procedere: illumque in uia perditionis esse, qui Spiritum Sanctum à Filio procedere non crediderit. Atque ista Diffinitio siue declaratio Apocrisiariorum, quia ualde insignis est, ideo vt Græcis pariter atque Latinis pateat, græco latinam facere, scholijsq; illustrare uisum est. Reperimus autem eam superiori Gregorij Papæ Epistolæ, quæ est de spiritali & temporali Ecclesiæ gladio, adiunctam, cum expressione vtrobique nominum Apocrisiariorum, utriusque Religionis seu Ordinis, in duplici manuscrip. Codic. græco, altero celeberrimæ Bibliothecæ Vatic. altero verò haud ignobilis Bibliothecæ Sfortianæ, Rom. unde ista pro communi Ecclesiæ bono, græcè desumpsimus, contulimus, transtulimusque.

ὍΡΟΣ ΤΩΝ ἈΠΟΚΡΙΣΙΑΡΙΩΝ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΠΑΠΑ θʹ.

Ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται.

Δόγμα περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀπ' ἀμφοτέρ.

Ὁ Πατὴρ ἐστὶ πλήρης θεὸς ἐν ἑαυτῷ, ὁ υἱὸς θεὸς πλήρης ἀπὸ τοῦ πατρὸς γεννητός. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πλήρης θεὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐκπορευόμενον. καὶ τὸ πνεῦμα μὲν ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐκπορεύεται ἀμέσως, ἀπὸ τοῦ πατρὸς μεσιτεύοντος τοῦ υἱοῦ. Τὸ δὲ, ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, τοῦτο ἔχει ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρός. Διὰ τοῦτο, ὅστις πιστεύει ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκπορεύεται ἀπὸ τοῦ υἱοῦ, ἐν ὁδῷ ἀπωλείας ἐστίν. ὅθεν ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος ὅταν ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς δυτικοῖς ἐξόριστος ἦν, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν τοῖς Λατινικοῖς ῥήμασι διεσάφησεν, οὕτως ἔφη: Ὁ πατὴρ ἀπ' οὐδενός ἐστι ποιητὸς, οὔτε κτιστὸς, οὔτε γεννητός. ὁ υἱὸς ἀπὸ τοῦ πατρὸς μόνου ἐστὶ, οὐ ποιητὸς, οὔτε κτιστὸς, ἀλλὰ γεννητός. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐ ποιητὸν, οὐδὲ κτιστὸν, οὐδὲ γεννητὸν, ἀλλ' ἐκπορευτόν. καὶ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἀθανάσιος ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν ῥήμασι γραικοῖς ἐξηγήσατο, οὕτως ἔφη κατὰ ῥῆμα: τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἐκπόρευμα ὂν τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ πάντα φέροντος υἱοῦ, δι' οὗ ἐπλήρωσε τὰ πάντα. ὅθεν καὶ ὁ μακάριος Γρηγόριος, ὅστις δικαίως θαυματοῦργος λέγεται, τῆς Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως, ἣν δι' ἀποκαλύψεως παρὰ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ μεσιτευούσης τῆς θεογεννητρίας ἔσχεν, ἀριδήλως οὕτως κέκραγε λέγων: εἷς θεὸς πατὴρ λόγου ζῶντος, σοφίας ὑφεστώσης, καὶ δυνάμεως, καὶ χαρακτῆρος ἀϊδίου, τέλειος τελείου γεννήτωρ, πατὴρ υἱοῦ μονογενοῦς, εἷς κύριος μόνος ἐκ μόνου, θεὸς ἐκ θεοῦ, χαρακτὴρ καὶ εἰκὼν τῆς θεότητος, λόγος ἐνεργὴς, καὶ τὰ λοιπά. ὧδε περὶ

Ἐκ συμβολ. τοῦ Ἀθανασίου.

Ἀθανάσ.

Ἑβραι. α.


Γρηγο. Θαυματοῦργ.

υἱοῦ

DIFFINITIO APOCRISIARIORVM GREGORII PAPAE IX.

Quòd Spiritus ſanctus à Patre Filioq; procedat, &c. è Græco Latine recẽs reddita, & Scholijs illustrata

A GERARDO VOSSIO.



PATER perfectus Deus eſt in ſeipſo. Filius perfectus Deus, à Patre genitus. Spiritus ſanctus perfectus Deus, à Patre & Filio procedens. Procedit autem ex filio quidem immediatè, at ex patre, mediante filio. Quòd enim Spiritus ſanctus à Filio procedit, id filius habet à Patre. Propterea quicunq. non crediderit ſpiritum ſanctum à filio procedere, in via perditionis eſt. Vnde ſanctus Athanaſius dum in partibus occidentalibus exſulabat, in expoſitione fidei, quam latinis verbis reddidit, ſic ait: Pater à nullo eſt factus, nec creatus, nec genitus. Filius à patre ſolo eſt: non factus, nec creatus, ſed genitus. Spiritus ſanctus à Patre, & filio; non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Idemq. Athanaſius in expoſitione fidei, quam græcis verbis declarauit, ſic ad verbum inquit: Spiritus autẽ ſanctus proceſsio eſt patris, omniaq. portantis filij, per quẽ impleuit omnia. Vnde & ſanctus Gregorius, qui iure dicitur Thaumaturgus, ceu mirabilium effector, Neocæſareæ Ponti Epiſcopus, in expoſitione fidei, quam per reuelationẽ à Beato Ioanne Euangeliſta, mediante Dei genitrice accepit, ſic apertiſsime exclamauit dicẽs: Vnus Deus Pater verbi viuentis, ſapientiæ ſubſiſtentis, & potentiæ ac characteris ſempiterni, perfectus perfecti genitor, Pater Filij vnigeniti, vnus Dominus, ſolus ex ſolo, Deus ex Deo, character & imago deitatis, verbũ operatiuum, & reliqua. At hic de

Decret. de proceſſione Spiritus ſãcti ab vtroq;

S. Athanaſ. in expoſitione fidei.

Idem S. Athanaſ.

Hebr. 1.

S. Gregor. Neocæſar.

filio

υἱοῦ λαλῶν, λέγει μόνος ἐκ μόνου. οὐχὶ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου ἐκ τοῦ πατρὸς, οὐκοῦν καὶ ἄλλου, ἐπειδή ἐστιν ἀπό τινος. ὅταν δὲ λέγομεν ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἄλλου λέγομεν ἐξ ἄλλου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπόστασιν. ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ ἐστιν ἀμέσως, ἀπὸ δὲ τοῦ πατρὸς μεσιτεύοντος τοῦ υἱοῦ,

Γρηγ. Νυσσαί. πρὸς Ἀβλάβιον. διαμαρτύρεται ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Νυσσαέων οὕτως λέγων: Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον, καὶ τὸ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα: ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου καταλαμβανόμεθα. τὸ μὲν αἴτιον πιστεύειν εἶναι, τὸ δὲ ἐξ αἰτίου, καὶ τὸ, ἐξ αἰτίας ὄντος. πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐννοοῦμεν: τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. ἐπειδὴ ἐκείνῳ ᾧτινι διαφέρουσι τινά, ἀδύνατόν ἐστιν τὸ, ἀμφοτέρων ἁρμόζεσθαι: τὸ προσεχῶς εἶναι ἐκ τοῦ πρώτου, ἢ μόνον τῷ υἱῷ, ἢ μόνον τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἁρμόζεσθαι ἀναγκαῖόν ἐστι. λέγουσιν οἱ ἅγιοι, ὅτι μεταξὺ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, οὐδέν ἐστι μέσον, μόνος οὐκοῦν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς προσεχῶς ἐστίν. ἔστι δὲ κοινὴ ἔννοια: ὅτι περ οὖν ἐστιν ἀπό τινος, ἀπό τινος ἐστὶ προσεχῶς. ἐπειδὴ οὖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπό τινος ἐστὶν, ἀπό τινος ἐστὶ προσεχῶς. ἀλλ' οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ πατρὸς προσεχῶς, ὡς ἤδη ἐδείχθη: οὐκοῦν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ ἐστὶ προσεχῶς. Τούτοις τοίνυν τοῖς ἁγίοις πατράσιν,

Ἀμβροσ. Αὐγουσ. Ἱερονυμ. Κύριλ. Σύνοδ. Εφεσίν. οὐμὴν ἀλλὰ καὶ τῷ μακαρίῳ Ἀμβροσίῳ ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων, καὶ τῷ μακαρίῳ Αὐγουστίνῳ τοῦ Ἱππῶνος πόλεως ἐπισκόπῳ, ἁγίῳ τε Ἱερονύμῳ τῷ ἰσχυροτάτῳ τῶν αἱρετικῶν στρεβλοτάτων καταμαχητῇ, ἀκολουθήσας ὁ μακάριος Κύριλλος, καὶ σὺν αὐτῷ ὅλη ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Τρίτη σύνοδος, γεγραμμένον ἡμῖν ἐγκατέλιπον ἐμφανῶς, τὸ πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ. Ὅθεν ὀρθόδοξος οὐκ ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῆς πίστεως ἐξοδεύει, ὅστις τοῖς ῥήμασιν αὐτοῦ καταμάχεται.

Κύριλ. πρὸς Θεοδόσιον. Λέγει γὰρ φανερωτάτως ἐν τῷ ἑαυτοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως προσφωνητικῷ, τὸ πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ υἱοῦ, διὰ τούτων τῶν ῥημάτων: Καὶ μὴν ἄνδρα λέγων, τὸν ὅσον οὔπω παριστάμενον, καὶ ὀφθησόμενον, αὐτὸν ἔφη βαπτίζειν ἐν πυρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, οὐκ ἀλλότριον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνιέντα πνεῦμα δουλοπρεπῶς, καὶ ὑπουργικῶς, ἀλλ' ὡς θεὸν κατὰ φύσιν, μετ' ἐξου-

filio loquens, dicit: Solus ex solo, non ergo Spiritus sanctus ex solo est: ergo ex Patre & alio, cum sit ab aliquo. Ceterum dum dicimus ex patre & alio, nō dicimus ex alio quoad substantiam, at secundum hypostasin, seu subsistentiam. Quod enim spiritus sanctus immediatè ex filio sit, ex patre aūt mediante filio, testatur Gregorius Nissænus ita dicens: Nos qui diuinam naturam differentiæ variationisue esse confitemur expertem, eam quę circa caussam & caussatum consideratur, differentiā non inficiamur: per quod solū comprehendimus alterū ab altero discerni, nimirū eo ꝙ credimus, aliud quidē caussam esse, aliud aūt ex caussa, & ex eo quod ex caussa est. Quin & aliā rursus differentiā cōsideramus: Nam aliud quidem continenter ac sine medio, ex primo est: aliud vero per id quod immediatè & continenter ex prima caussa est. Cum illi, quo aliqua differunt, vtrūq. cōuenire sit impossibile: quare continenter & immediatè ex primo esse, aūt solū filio, aut solū spiritui sancto conueniat necesse est. Quod si (vt sancti Patres asserūt) inter Patrem & Filiū, non sit dare mediū, erit igitur solus Filius ex Patre immediatè. cū & secundū cōmunē sententiā atq. intellectū, id quod est ab aliquo, ab eodē sit immediatè. Sed cum Spiritus sanctus sit ab aliquo, ab aliquo immediatè erit: at non est à Patre immediatè, sicut nunc ostē sum est, erit igitur immediatè à Filio. Sāctos itaq. hos Patres, & inter alios B. Ambrosium Epm Mediolanensem, B. Augustinū ciuitatis Hipponensis Epm, Beatū quoq. Hieronymū fortissimū peruersissimorū hæreticorū oppugnatorem, secutus B. Cyrillus, & cum eo vniuersa sancta, & œcumenica Tertia Synodus, perspicuè scriptū reliquit, Spiritum sanctum ex Filio esse; Vnde quisquis eius verba oppugnat, non orthodoxus est, sed à fide aberrans. Affirmat enim manifestissime, in sua ad Theodosiū Regē de recta fide, expositione, Spiritum sanctū ex filio esse, hisce verbis: Præterea virū dicēs, qui mox affuturus & videndus erat, ipsum dicit baptizare, in igne & Spiritu sācto. Nō ꝙ alienū his q. baptizātur, immittat spūm, seruilē in modū & quasi ministrū; sed vt Deū s̄m naturā, cum

Greg. Nisse. ad Ablabiū de eo, quod non putandū sit, tres dici Deos oportere.

Ibidem.

Ambros.
August.
Hieronym.
Cyrillus.
Tertia Syn. general.

Cyrillus ad Theodosiū Regem.

supre-

ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἴδιον αὐτοῦ. Τί ταύτης τῆς μαρτυρίας φανερώτερον; ὧδε γὰρ φανερώτατα περὶ τοῦ υἱοῦ λέγει: ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς βαπτιζομένοις ἐνίησι τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἴδιον αὐτοῦ. καὶ τοῦτο αὐτὸ διὰ τῶν αὐτοῦ ῥημάτων τῷ Ἑρμείᾳ γράφει ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος, ἐν τῷ λόγῳ τῷ πρὸς αὐτὸν Ἑρμείαν, οὗτινος ἡ ἐπιγραφή ἐστι: Περὶ τῆς ἐνανθρωπίσεως τοῦ μονογενοῦς, καὶ ὅτι χριστὸς εἷς καὶ κύριος κατὰ τὰς γραφάς. καὶ ὁ αὐτὸς μακάριος Κύριλλος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ ἐννάτου Ἀναθεματισμοῦ, τοῦτο αὐτὸ λέγει: ἐν τῷ αὐτῷ γὰρ ἀναθεματισμῷ, ἴδιον εἶναι τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα εἰπών, τὸν αὐτὸν ἔννατον ἀναθεματισμὸν ἑρμηνεύων, τῇ ἐννοίᾳ ἴδιον αὐτοῦ εἶναι τὸ πνεῦμα εἰπών, ἀνέωξε λέγων: ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος ὑπομεμένηκε, καὶ οὕτω θεός, πάντα ὑπάρχων ὅσα καὶ ὁ πατήρ, πλὴν τοῦ εἶναι πατήρ, καὶ ἴδιον ἔχων τὸ ἐξ αὐτοῦ, καὶ οὐσιωδῶς ἐκπεφυκὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον, καὶ τὰ λοιπά. ὧδε πάλιν φανερώτατα, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ υἱοῦ εἶναι λέγει ὁ ἅγιος Πατήρ. οὐκ ὀφείλει δέ τι εἶναι ἀμφίβολον, ὅτι τὴν ἔννοιαν ἐκείνην ὧδε ἀνέωξεν ὁ ἅγιος, ἥντινα εἶχεν ὅτι τὸν Ἀναθεματισμὸν ἐξέθετο. τὸν Ἀναθεματισμὸν δὲ ἐκεῖνον σὺν πᾶσιν ἄλλοις Ἀναθεματισμοῖς ἐδέξατο ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ Τρίτη σύνοδος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐννοίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἅγιος ἐξέθετο. Ἀρίδηλον γὰρ ἐστι τοὺς ἁγίους πατέρας ἐν τῇ ἁγίᾳ προειρημένῃ συνόδῳ συναχθέντας ὅλην τὴν τρίτην τοῦ προειρημένου πατρὸς ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον τῆς Κωνσταντινοπόλεως ἐπίσκοπον γεγραμμένην, χωρίς τινος δισταγμοῦ ἀναξετάσεως δεδέχθαι: γινώσκομεν δὲ ὅτι τῆς προειρημένης ἐπιστολῆς τὸ ἔσχατον μέρος, τοὺς προειρημένους περιέχει ἀναθεματισμοὺς δώδεκα. εἰ δέ τις νομίμως ἐπιχειροίη τὰ τοῦ Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου ῥήματα ἀσεβέστατα, ἅτινα κατὰ τοῦ προειρημένου ἁγίου Πατρὸς δώδεκα ἡρώων ἀνέδην ἐξέμεσε, γινωσκέτω τὴν πέμπτην ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀναθεματίσασαν τοὺς τοῦ προειρημένου Θεοδωρήτου βαβησμούς. ὅστις κατὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ῥήματα, ἐν οἷς αὐτῷ ἀπεκρίνατο, μόνον οἶδε κατηγορεῖν. Λέγει γὰρ ἡ Πέμπτη ἁγία καὶ καθολικὴ σύνοδος, ἐν Πράξει ὀγδόῃ οὕτως: Κατακρίνομεν καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις πᾶσιν αἱρετικοῖς, τοῖς κατακριθεῖσι,

καὶ

Κύριλ. πρὸς τὸν Ἑρμείαν.

Κύριλλ. ἀλλαχοῦ.

Σύνοδ. οἰκουμ. Ἐφεσίν.

Κυρίλλ. ἐπιστολ. γ. κατὰ Νεστορίου.

ε. Συνοδ. οἰκουμ. πράξ. η.

suprema potestate, quia ex ipso & per ipsum, &c. Quid eo testimonio clarius? Siquidem hic manifestissimè de filio dicit, quòd spiritum sanctum his qui baptizātur immittat ex seipso, ac proprium eius. Quin & hoc ipsum ijsdem verbis Hermię scribit Beatus idem Cyrillus, in sermone ad eumdem Hermiam, cuius inscriptio est; De Incarnatione vnigeniti: & quòd Christus vnus, & Dominus secundum scripturas. Illudque ipsum ab eodem Cyrillo in declaratione Noni Anathematismi dicitur; In eodē quippe Anathematismo propriū filij esse spiritū inquiens, eumdēq; anathematismū nonū declarans, quo sensu propriū suū esse spiritū dixerit, aperuit dicens: Cū homo factū sit vnigenitū Dei verbū, etiā sic tamē Deus mansit, omnia existēs quę pater, solo hoc dēpto, ꝙ ille pater est, & proprium habens, ꝙ ab ipso est. Et essentialiter ipsi inhęrens spiritus sanctus, & reliqua. Vbi rursus, spiritū sanctum ex filio esse, clarissimè sanctus Pater affirmat. Quare nemini debet esse dubium, quin eūdem hic sensum Sanctus aperuerit, quem tenuit quādo Anathematismū exposuit. In eodemq; sensu Anathematismū hunc cū omnibus alijs sācta & oecumenica Tertia synodus suscepit, in quo illum Sanctus declarauit. Certum nāq; est sanctos Patres in præfata sancta Synodo congregatos, totam tertiam iam dicti Patris Epistolam ad impium Nestorium Constantinopolitanum scriptam, absq; vlla hæsitatione irrefragabiliter suscepisse. Nouimus autem prędictos duodecim Anathematismos in postrema dictæ Epistolę parte cōtineri. Porro siquis tamquam legitima tueri conatus fuerit impientissima Theodoriti Cyri Episcopi uerba, quæ ipse aduersus dicti S. Patris duodecim sacra capita, licenter nimis, ac temerè euomuit, nouerit is à Quinta sancta, generaliq; synodo, præfati Theodoriti blasphemias damnatas esse: quippe qui aduersus B. Cyrilli verba quibus ei respondit, nihil præter calumnias dicere nouit; ait enim Quinta sancta & vniuersalis synodus in actione octaua, ad hunc modum: Condemnamus & anathematizamus cum quibuscunque alijs hæreticis, qui damnati

B. Cyrill. ad Hermiam.

B. Cyrill. in Anathematismo nono, & in eiusdē declaratione.

Ephesin. Synod. tertia general.

Epistola Cyrilli, 3. aduersus Nestorium hæreticum.

Syn. 5. general. act. octaua.

καὶ ἀναθεματισθεῖσι παρά τε τῶν εἰρημένων ἁγίων τε τεσσάρων συνόδων καὶ ἀπὸ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν γινόμενον ἐπίσκοπον μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα, καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου, κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας τρίτης συνόδου, καὶ ὅσα ὑπὲρ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτοῦ γέγραπται. Ἐκ τούτων ἀρίδηλόν ἐστιν, ὅτι ἐκεῖνα ἅπερ ὁ Θεοδώρητος κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἔγραψεν, ἀθέμιτα εἰσὶ, καὶ ἀσεβείας γέμοντα, καὶ ὅστις αὐτὰ ὡς ἀληθῆ νομικὴν ὑπερηγορίαν ἔχει, ἐχθρός ἐστι τῆς πίστεως. γράφει γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον μελιτινῆς, μετὰ τὴν ἕνωσιν τῶν ἐκκλησιῶν, οὕτωσι λέγων: ἅδε γεγράφαμεν ὀρθῶς καὶ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, οὐδεὶς ἀναπείσει λόγος ὡς οὐκ εὖ γεγόνασιν εἰπεῖν. καὶ πρὸς Δυνάτον ἐπίσκοπον ὡσαύτως γράφει λέγων: γεγράφαμεν γὰρ ὀρθῶς ἃ γεγράφαμεν τῇ ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ συνηγοροῦντες πίστει, καὶ οὐδὲν τὸ παρὰ πάντων ἰδίων ἀρνούμεθα: οὐ γὰρ εἴρηταί τι καθάπερ αὐτοὶ φασὶν ἀτημελῶς, ἀλλὰ τῆς ὀρθότητος ἐχόμενα πανταχοῦ, καὶ τῇ τῆς ἀληθείας δυνάμει συντρέχοντα. Ἐκ τούτων φανερώτατά ἐστι τὸν μακάριον Κύριλλον οὐδὲν ἐκείνων ἀρνήσασθαι, ὧν εἶπεν: ἀλλὰ ἐν τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ, ἐν ᾗ αὐτὸς εἶπε, χωρὶς σημειώσεως τινος διορθώσεως κεκρατηκέναι. οὐδὲ αὐτὸς μόνος διορθώσασθαι ἠδυνάτο κἂν, καὶ ὅπερ ἀπεῖπε ἀπὸ τοῦ ἁγίου, ἤθελεν, ὅπερ ὅλη ἡ ἁγία σύνοδος χωρίς τινος ἀμφιβολίας ἀναξηάνσεως, θαῤῥούντως ἐδέξατο: ἐδέξατο δὲ ὡς εἴρηται, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐννοίᾳ ἐν ᾗ ἐξέθετο μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου δέξασθαι ἀπαιτεῖν. Ταύτην γὰρ τὴν ἁγίαν σύνοδον πάντες οἱ ἅγιοι πατέρες, οἱ ἐν ταῖς μετακολουθήσαις συνόδοις σέβονται, καὶ ταῦτα πιστεύουσιν ἅπερ καὶ αὐτή: ἀλλὰ καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες ἐκείνην φθάσαντες, τὰ αὐτὰ ἐφρόνησαν, ἅπερ ἐκείνη. Ταύτην τὴν πίστιν ἔχομεν, καὶ οὕτως πιστεύομεν καὶ φρονοῦμεν καὶ ὁμολογοῦμεν.

Margin notes: Κύριλ. πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον. — Κύριλ. πρὸς Δυνάτον ἐπίσκοπον. — Σύνοδ. Νικαι. οἰκουμεν. α΄.

& anathemate percussi sunt à dictis quattuor sanctis Synodis & ab Ecclesia Catholica & Apostolica, & Theodorum, qui fuit Episcopus Mopsuestiensis, impiaque eius conscripta: & quæ impiè à Theodorito conscripta sunt aduersus rectam fidem, ac contra duodecim S. Cyrilli capita, necnon contra tertiam sanctam generalem synodum Ephesinam, & quæcunq; ad defensionem Theodori, ipsiusque Nestorij scripta sunt. Ex quibus perspicuum euadit illa, quæ Theodoritus aduersus duodecim S. Cyrilli capita scripsit, damnata esse, impietatisq; plena. Et quisquis ea vt vera & legitima tenet, tueturq;, inimicus existit fidei. Scribit enim B. Cyrillus ad Acacium Melitenensem Episcopum, post concordiã ac pacem sanctarum Ecclesiarum, sic inquiens: Quæ vero rectè contra Nestorij blasphemias scripsimus, omnino nemo nobis, vt nõ rectè scripta dicamus, persuadebit. Quid qđ & ad Dynatũ Episcopum eodẽ modo scribit, vbi ait: Quæ scripsimus, recte scripsimus, verę & inculpatę patrocinãtes fidei, neq; quidquã omnino nostrorũ scriptorũ sumus negaturi: cum neq; quidpiam, vt illi referunt, sit dictum temerè, verũ vbiq; nos rectitudini adhærere fidei, veritatisq; virtuti cõsentire oportere. Ex his itaq; longè clarissimum existit, B. Cyrillum eorum nihil inficiari, quæ dixit: sed in eodem sensu quo hæc ab eo dicta sunt, citra vllam correctionis notam perstitisse; cum neq; ipse solus corrigi potuisset, licet etiam (quod tamẽ à Sancto absit) voluisset, in his quę vniuersa sancta Synodus absq; vlla ambiguitate, Irrefragabiliter, confidenterq; accepit: accepit autem in eo sensu, sicut dictum est, quo exposuit, cum prima Synodo hæc suscipiẽda repetens. Siquidem illam sanctam Synodum omnes sancti Patres in Cõsilijs post consequentibus venerantur, eademq; cum illa credunt: quin & sancti Patres, qui hanc ipsam antecesserunt, eadem cum illa sensere.

Cyrillus ad Acacium.

Cyrill. Dynato Episco po.

S. Syno. Nicæna 1. general.

Hanc fidem tenemus, sic credimus, sentimus, & profitemur.

ΑἹ ὙΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Ταύτην τὴν πίστιν ἐγὼ Ῥαδοῦλφος, ὁ ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν ἀδελφῶν τῶν ἐλαχίστων τοῦ κυρίου Πάπα Γρηγορίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου Ἀποκρισιάριος ἔχω, οὕτως ὑπογράφω καὶ οὕτως πιστεύω.

Ταύτην τὴν πίστιν ἐγὼ Ἀμμώνιος, ὁ ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν ἐλαχίστων ἀδελφῶν τοῦ κυρίου Πάπα Γρηγορίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου Ἀποκρισιάριος, οὕτως πιστεύω καὶ οὕτως φρονῶ.

Ταύτην τὴν πίστιν ἡμεῖς, ὅτι Οὖγος καὶ Πέτρος οἱ ἀπὸ τῆς τάξεως τῶν Κηρύκων τοῦ κυρίου Πάπα Γρηγορίου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου Ἀποκρισιάριοι, οὕτως πιστεύομεν καὶ οὕτως φρονοῦμεν.

SVBSCRIPTIONES.

Hanc fidem teneo ego Rodulphus ex fratrum Minorum ordine, Domini Papę Gregorij veteris Romę Episcopi Apocrisiarius, sic subscribo & ita credo.

Hanc fidem ego Ammonius ordinis fratrum Minorum, Apocrisiarius Domini Papæ Gregorij veteris Romę Episcopi habeo, sic credo & ita sentio.

Hanc eamdem fidem & nos Hugo, & Petrus Prædicatorum ordinis, ac Domini Papę Gregorij veteris Romę Episcopi Apocrisarij, amplectimur, sic credimus atq, ita sentimus, &c.


GERARDI

GERARDI VOSSII

SCHOLIA IN DIFFINITIONEM APOCRISIARIORVM GREGORII PAPAE IX.

Quòd ſpiritus Sãctus à Patre filioq. ꝓcedat.

Non dicimus ex alio quo ad ſubſtantiam, at ſecundum hypoſtaſim, ceu ſubſiſtentiam, &c.



Nnuitur haud quaquam obſcurè differentia inter οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, id eſt, ſubſtantiam & ſubſiſtentiam, quam non vno in loco ponit, oſtenditq; inter alios magnus Eccleſiæ Doctor Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus, vti in Epiſtola ſua ad Neſtorium de excommunicatione, & maxime ſub finem in Anathematiſmis. Præterea in dialog. de Trinitate: ſed lib. 1. 2. 3. 5. & 7. potiſſimum. Et in opere illo ſuo inſigni, quod Theſaurus inſcribitur, de conſubſtantialitate Filij & Spiritus cum Deo Patre contra hæreticos, alijsq; in locis plurimis, quæ ſigillatim hic recenſere foret longum. Vnde bene dicitur in hac noſtra Apocriſiariorum Diffinitione, de Spiritus ſancti proceſſione, quòd ſit ex Patre & alio (ſcilicet Filio) non quidem ex alio quoad ſubſtantiam, at ex alio ſecundum ſubſiſtentiam, ceu hypoſtaſim, &c. pro quo facit & auctoritas Gregorij Niſſeni

B. Cyril. in Epiſtola ad Neſtor. de excommu.

ni Episcopi hic subiecta, quæ sic habet: Nos qui diuinam naturam differentię variationisue expertem confitemur, eam quæ circa caussam & caussatum consideratur, differentiam non inficiamur, per quod solum, alterum ab altero discerni comprehendimus: nimirum eo quòd credimus aliud quidem caussam esse, aliud autem ex caussa, & ex eo quod ex caussa est, &c. Et hæc Nissenus ad Ablabium, de eo, quòd non putandum sit, Tres dici Deos oportere. Verùm ista aduersus impium Nestorium, ac perfidum Eunomium (qui Spiritum sanctum, vt ordine & dignitate, ita & natura tertium esse voluit, quem ideo grauiter refellit D. Basilius) aliosq; hæreticos & schismaticos secus sentientes dixisse & adduxisse (vt nefarius illorum detegatur conuincaturq; error) sat sit; quare vlterius progredimur. S. Greg. N. sen. ad Ablabium.

Secundum communem sententiam, atque intellectum, Id quod est ab aliquo, ab eo est immediatè, &c.

Ex communi hac maxima, conuincit euidenter Apocrisiariorum Diffinitio, Spiritum sanctum procedere à Filio, & quidem immediate; Quoniam si Spiritus sanctus sit ab aliquo, ab aliquo illo erit immediate: At non est à patre immediate, sicut ostensum est; Quare à filio immediate erit. In cuius confirmationem facit allegata Gregorij Nisseni auctoritas, in qua consequenter sic habetur: Nam aliud quidem (scilicet filius) continenter ac sine medio, ex primo est: aliud verò (scilicet Spiritus sanctus) per id quod immediatè & conti-

nenter

nenter èx prima caussa est. (sequiturq́; post) vt & vnige niti proprietas absq; ambiguitate in filio maneat, & ex patre spiritum esse non dubitetur: filio, qui medius intercedit, & sibi vnigeniti proprietatem seruante, & Spiritum à naturali ad patrem habitu non arcente, &c. tota res clara est. Cui accedit & hęc Apocrisiariorum in sua Diffinitione, diductio: Cùm illi, quo aliqua differunt, vtrumq; conuenire sit impossibile, quamobrem continenter & immediate ex primo esse, aut solum filio, aut solum Spiritui sancto conueniat necesse est. Quòd si vt sancti Patres dicunt, inter patrem & filium non sit dare medium; erit igitur solus filius ex patre immediate: cùm & secundum communẽ maximam iam positam, Id quod est ab aliquo, ab eodem immediate sit. Quare cùm Spiritus sanctus ab aliquo sit, ab aliquo illo immediate erit: At non est à patre, vt ex allegatis liquet, immediate: ergo à filio immediate erit. Sicut ex ipsa Diffinitionis nostræ diductione atq; probatione vnicuique clarum existit.

Sanctos hos Patres, & inter alios B. Ambrosium, Augustinum, atque Hieronymum sequutus Cyrillus, &c.

Vt Græci sanam & veram suorum & nostrorum Patrum intelligentiam, atq; doctrinam sane interpretentur, suscipiantq́; : neque vllo modo sibi persuasum habeant sanctos nostros Patres occidentales contraria orientalium Patribus sensisse, atque dixisse vsquam, dextere non minus quàm verè atque prudenter Apocrisiarij

siarij Papæ hic Latinorum auctoritates, Græcorum patrũ dogmatibus coniungunt, adsociantq́; : vt intelligant ipsi Græci suorum atque nostrorum Sanctorum vnam semper fuisse fidem, spiritum & intelligentiam haud dissimilem, doctrinamq́; de Spiritu sancto, eiusq́; à patre filioq́; processione, eamdem. Quàm enim aperte vniuersi Patres nostri occidentales (vt de illis hoc solum dixero) Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis non vno in loco, ipseq́; Augustinus Hipponensis Episcopus (quem quinta Synodus consecrauit) diuersissimis in locis, maxime verò in lib. de Trinitate, ac alibi. sicut & fortissimus ille hæreticorum oppugnator & malleus D. Hieronymus, (quos tres hic primos cum nostris Apocrisiarijs commemoramus,) & post hos Hilarius, quem magnum appellare solent Græci atque Latini, præsertim in lib. de Trinitate, ac alibi, Damasus, magnus Leo, magnusq́; Gregorius, nec non alij quàmplurimi, quos omnes recensere foret longum: quàm inquam hi vere conformiterq́; vna mente, vna voce, non vno aut duobus tantum quod aiunt, verbis, membris, atque articulis, sed integris periodis atq; tractatibus vbiq; suorum operum varijs probationibus efficacissimisq́; demonstrationibus adseuerant, probant & ostendunt, Spiritum sanctum ex patre filioq; procedere, & ita ex filio, vt ex patre. Et principium spiritus filiũ esse, sicut & ipse pater est; quin et vnum idemq; eius principium esse patrẽ & filiũ simul, non duo principia. Atqui hæc cuncta simul mente complectentes, & orientalium Patrum dictis ac senten-

tijs comparantes, qui ex patre per filium, & ex patre & filio Spiritum sanctum procedere dicunt; item ex filio, & ex vtroq; esse, non video quid Græcos ab vnione Latinorum in eo diuellere separareq; debeat vel possit, modo sane ipsi SS. Patrum suorum pariter ac nostrorum doctrinā intelligentiāq; sanam amplecti & sequi velint, quibus cū discors fuerit nihil, vnionis & caritatis plena omnia, Græcis à Latinis sese abscindendi caussa plane nulla, vnionis maxima exstitit. Verum vt magis illorum confutetur leuitas, aut potius pertinacia, ad Patrum eorūdem auctoritates quibus ipsi confunduntur, transeo. Sequitur ergo in Diffinitione Apocrisiariorum.

B. Cyrillus, & cum eo vniuersa sancta & œcumenica Tertia Synodus, nobis perspicuè scriptum reliquit, Spiritum sanctum ex filio esse, &c.

Tertia illa Synodus generalis Ephesina erat, vna ex quattuor principalibus, sub Cælestino I. Papa aduersus impium Nestorium Constantinopolitanum Episcopum habita. Cui Synodo vice S. Cælestini Papæ (cuius anno penultimo celebrata est) præsedit B. Cyrillus Episcopus Alexandrinus, qui inter alia, apertissime suis in scriptis cum vniuerso illo Concilio generali docet, conuincitq;, Spiritum sanctum ex filio esse, adeo, vt quisquis in hoc verba tam eius quàm sacræ illius generalis Synodi oppugnat, pro hæretico atque schismatico habendus sit: sed hæc ex sequentibus clariora. De quibus etiam copiose S. Thomas in Opusc. 1. contra errores Græcorum, &c.

Affir-

Affirmat enim in sua ad Theodosium regem expositione, Spiritum sanctum ex filio esse, &c.

Ad conuincendum Grecorum errorem, incipiunt Apocrisiarij Pape auctoritates quasdam magni illorum Doctoris Cyrilli Episcopi Alexandrini in medium afferre, vti in sua ad Theodosium Regem, de recta fide, expositione, in sermone ad Hermiam, De incarnatione vnigeniti, &c. Et inter Anathematismos suos, Anathematismo nono, in eiusq; declaratione, quam & œcumenica Tertia Synodus in eodem prorsus cum eo, sensu aduersus Nestorium accepit, atq; probauit. Cum certum sit (vt in hoc, Apocrisiariorum verbis non multo post subiectis vtar) Sanctos Patres in præfata sancta Synodo congregatos, totam tertiam iam dicti Patris Epistolam ad impium Nestorium scriptam, absque vlla hesitatione irrefragabiliter suscepisse: in cuius Epistolæ postrema parte, duodecim illius Anathematismi continentur, &c. quorum Nonum efficaciter contra Nestorium, eiusque fautores (quales omnes sunt hodie schismatici illi, qui temere nimis Spiritum sanctum ex filio esse inficiantur) diducit, declaratque. Sed ad Cyrilli auctoritates citatas reuertor, quarum si que deerunt aliæ pro instituto nostro facientes, huc ex eius operibus referre statutum est, ad maiorem schismaticorum confusionem, vniuersas. Affertur autem ab ijs prima Cyrilli auctoritas, contra schismaticos grecos, talis:

Præterea virum dicens, qui mox affuturus, & videndus erat, ipsum dicit baptizare in igne & Spiritu sancto. Non quod alienum his qui baptizantur immittat spiritum, seruilem in modum, & quasi ministrum; sed vt Deum secundum naturam, cum suprema potestate, quia ex ipso & per ipsum, &c.

Hæc à B. Cyrillo aduersus eos, qui impiè negant Spiritum sanctum à Filio esse, adducuntur in sua ad Theodosium, & ad Reginas, de recta in Christum fide, expositione, quibus manifestissime de filio testatur Doctor ille Grecorum eximius, quòd Spiritum sanctum his qui baptizantur, immittat ex seipso, ac proprium eius, &c. Pro cuius confirmatione, in eiusdem patris Epistola tertia ad impium Nestorium scripta, sic habetur: Quando autem de Spiritu dicit: Ille me glorificabit, rectè sentientes non dicimus vnum Dominum ac filium, quasi opus habeat vt aliunde glorificetur, gloriam à Spiritu sancto accipere: Neque enim melior ipso aut sublimior est Spiritus ipsius, sed quoniam Spiritu suo ad ostensionem diuinitatis suæ, in mirabilium patratione est vsus, glorificari se ab eo dicit: perinde ac si quisquam ex nobis, vel de virtute quæ in ipso est, vel de scientia, quacunque in re dicat, virtus mea, vel scientia mea glorificabit me. Tametsi enim Spiritus propriam habeat hypostasim, & in seipso, quatenus Spiritus est & non filius, consideretur,

B. Cyril. in Epistola 3. ad Nestorium.

alienus

alienus tamen ab eo, quemadmodum & ex Deo & patre. Cùm ergo per manus Apostolorum, Spiritus postquam in cęlum Dominus noster Iesus Christus ascendisset, mirabilia operatus est, glorificauit eum. Creditus enim est Deus esse secundum naturam, qui denuo ipse operaretur per proprium Spiritum. Quapropter & dixit: quoniam de meo accipiet, & adnuntiabit vobis, &c. Atqui huc facit, quod & in fine eiusdem suæ Epistolæ, in Anathematismo suo nono idem adducit Cyrillus in hæc verba: Si quis dicit, vnum Dominum Iesum Christum à Spiritu tamquam aliena virtute, qua per ipsum sit vsus, glorificatum esse, & ab illo accepisse quæ contra Spiritus immundos operatus est, & quę diuinitatis signa inter homines perfecit, & non magis proprium ipsius Spiritum esse dicit, per quem diuinitatis signa operatus est; anathema sit. Quin & Anathematismum hunc nonum, post in Declaratione, quam ponit Duodecim capitum, ac Anathematismorum suorum, Ephesi sacra Synodo latiorem illorum explicationem petente, declarans idem Cyrillus, hæc pro maiori confirmatione sui ac nostri instituti, schismaticorum verò confusione, in medium adducit: Cùm homo factum sit vnigenitum Dei verbum, etiam sic tamen Deus mansit, omnia existens quę pater est, solo hoc dempto, quòd ille pater est, & proprium habens, quod ex patre est: Et essentialiter inhęrens illi Spiritus sanctus signa illa diuinæ potentię operatus est, &c. Hęc autem hucusque & ab ipsis

Iohan. 16.

Ibidem.

B. Cyril. in Anathematismo suo Nono.

B. Cyril. in Declaratione Anathematismi Noni.

citan-

citantur Apocrisiarijs. Verum, ut ex mente Cyrilli res tota sit clarior, quæ in hanc partem immediate apud eum sequuntur, & ab Apocrisiarijs breuitatis caussa videntur prætermissa, paucis quoque adnectam; sunt autem hæc: Itaque etiam homo factum unigenitum Dei verbum Deus mansit, atque ita propria virtute Spiritus miracula perfecit. Qui vero dicunt, quòd tamquam unus ex nobis, Sanctis videlicet, Spiritus sit glorificatus efficacia, qua sit non propria, sed aliena magis, & non quo modo Deum decet, usus, quòdque gratiæ loco à Spiritu sancto assumptionem in cælos acceperit, iuste virtuti huius anathematismi subiacebunt. Et in eamdem hanc sententiam plura apud eumdem videre licet Cyrillum, in libro suo Apologetico pro duodecim Capitulis, ad Orientales Episcopos (qui illa scriptis taxarant) in Anathematismi noni defensionem, aduersus oppositionem Orientalium, præsertim autem reprehẽsiones Theodoriti Episcopi Cyri contra duodecim Anathematismos suos (quos capitula vocãt) factas, quas Euoptius Episcopus Cyrillo miserat; quare ad eumdem Euoptium scribens, de omnibus obiectionibus rationem reddit, ac primo suum capitulum premittit, deinde Theodoriti reprehensionem subdit, postremoque suam responsionem adijcit. Incipit autem dicti Patris oppositio ad respõsionem Theodoriti super anathematismũ suũ nonum iam adductum, hoc modo: Dudum dixi istorum Anathematismorum mentem aduersus Nestorij nugamenta siue blasphemias pugnare, & quæ sequuntur.

B. Cyrillus ibidem.

B. Cyril. in Apologet. suo.

Cyrillus ad Euopt.

Cyrilli oppositio.

Subij-

Subijcitq; paulo post B. Cyrillus in illo ad Euoptium scripto, inter alia, De Spiritu sancto, ista: Meminimus quòd manifeste de spiritu sancto dixerit: Ille me glorificauit. Et scimus præterea Spiritus sancti operatione malignas & immundas virtutes esse contritas: sed non sic dicimus de eo, vt de Sãctorum quopiam, qui aliena virtute per spiritũ vsus est. (Ecce quàm conformia sint hæc cum alijs eiusdem Doctoris in eamdem planè sententiã, dictis.) Erat enim, & est eius spiritus, sicut certe & patris est. Sicut bene B. Paulus explanat, scribens: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: Si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Nam procedit quidem ex Deo & patre spiritus sanctus secundum Saluatoris *vocem, sed non alienus est à filio. Omnia enim habet cum patre. Et hoc ipse docuit loquens de spiritu sancto: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, propter quod dixi vobis, quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis. Igitur glorificauit quidem Iesum spiritus sanctus insolita operantem: attamen vt spiritus eius, non vt virtus extranea, & ipso melior, secundum quod intelligitur Deus. Vnde non blasphemauimus in sanctos Angelos, neque in Prophetas, sicut ille nihil preter calumnias sciens (contra Theodoritum agit, qui eiusmodi in responsione aut potiùs calumnia in Anathematismum suum nonum, illi obiecerat) ausus est dicere, &c. Atqui ex iam addu-*

Ibidem. Rom. 8. Iohan. 16.

adductis B.*Cyrilli locis, tria apertissime inter alia discimus; & quomodo Spiritus sanctus Christum glorificauerit, & quòd ex filio ęque ac patre sit, & quomodo proprius sit filij Spiritus, contra Nestorium eiusque sequaces impios. De reliquis plura apud Gēnadium Scholar.* Patri*archam Constant. in Concilio Florentino.*

Gennad. ca. 1. de process. spiritus sancti.

Quin & hoc ipsum ijsdem verbis Hermiæ scribit Beatus idem Cyrillus, &c.

Alludit Apocrisiariorum Diffinitio *hic opinor, partim ad ea quę Quinto, partim quę Septimo ad Hermiam libris habet Cyrillus: sed quandoquidem verba eius (forte vt breuitati consuleretur, vel quòd aliis prę-supponerentur nota) non adducuntur, ea huc ex vtroque loco referre visum est, sunt enim digna quę citentur, & in medium afferantur. Beatus quippe Cyrillus volens demonstrare Spiritum sanctum æque à filio atque patre procedere, sic in Quinto ad Hermiam scribit: Cuiusnam proprium esse Spiritum dicimus? Vtrum solius Dei & patris? An etiam filij; an & disiunctim vtriusque & simul amborum, tamquam vnum ex patre per filium propter identitatem essentię? Ad quę respondet Hermias: Ita mihi videtur. At Doctor ad eum: Rectè quidem, propter identitatem essentiæ (inquit) patris & filij, amborum Spiritus est, & ex patre procedit per filium, &c. Quod quid aliud sibi vult, nisi quòd propter identitatem essentiæ filij & patris, & per filium Spiritus procedit, & eius Spiritus est, quemadmodum & patris.*

B.Cyril. lib. 5. ad Hermiam.

Et in

Et in septimo ad Hermiam idem Doctor sic habet: Inhabitantem enim sibi, & insitum quis haberet eum, qui natura & vere Deus est (de filio dicens) cùm Spiritum accipiat, qui non alienus & essentia disiunctus ab eo est, sed qui ex eo, & in eo, & eius proprius est, & æque atque ille, Dominus est, &c. Et post pauca: misit autem nobis è cælo paraclitum, per quē & in quo nobiscum est, & in nobis inhabitat: non alienum in nobis affluens, sed qui essentię suę & patris sui proprius est Spiritus, &c. Et hęc ad Hermiam commemorat B. Cyrillus. Ceterū quoniam multa similia in hanc sententiam adducit varijs in locis ibi Doctor, ea qui volet inde sibi seliget, desumetque: hęc sola hic suffecerint, cùm manifeste probent illud, quod erat propositum, Spiritum sanctum scilicet filij esse sicut & patris; & non magis patris, minus filij, sed similiter amborum. sicut & in nono Anathematismo, alijsque locis plurimis eiusdem Doctoris, abunde declaratur, quò hic Lectorem remittimus. B. Cyril. in 7. ad Hermiam. Ibidem.

In eodem sensu Anathematismum hunc cum omnibus aliis sancta & œcumenica Tertia Synodus suscepit, in quo illum Sanctus declarauit, &c.

Quòd in eodem omnino sensu Anathematismū B. Cyrilli Nonū œcumenica tertia generalis Synodus Ephesi sub Cęlestino Papa, & Theodosio Imperatore habita, acceperit, docet non modo eiusdem sentētię, sed & verborū conformitas, quæ tam in Anathematismo illius Nono, quàm & nono cap. Ephesini Concilij sunt eiusmodi: Si

quis vnum Dominum Iesum Christum glorificatũ dicit à Spiritu sancto, tamquã qui aliena virtute per eum vsus fuerit, & ab eo acceperit efficaciam contra immundos Spiritus, posse & coram hominibus diuina signa perficere, ac non potius fatetur eius proprium Spiritum, anathema sit. Et *hæc tã ab ipso generali Concilio, quàm à B. Cyrillo conformiter vtrobiq; referuntur.*

Si quis velut legitima tutatus fuerit impientissima Theodoriti Cyri Episcopi verba, quæ ipse aduersus S. Patris Cyrilli duodecim sacra capita, licentienter nimis euomuit; nouerit is à Quinta Synodo generali blasphemias Theodoriti damnatas esse, & quæ sequuntur.

De errore Theodoriti Cyri Episcopi, eiusq; condemnatione, hęc inter alia in Quinto Concilio generali Constantinopolitano cap. 13. habes: Si quis defendit impia scripta Theodoriti, quæ contra rectam fidem exposita sunt, & primam Ephesinam sanctam Synodum, & S. Cyrillũ, vel duodecim eius capitula, & ea omnia quę cõscripsit ꝑ Theodoro & Nestorio impijssimis, vel alijs qui similia prædictis Theodoro & Nestorio impijssime sapuerunt, & recipit eos vel impietatem eorum, atq; propterea impios vocat Ecclesiæ *Doctores qui substantialiter Dei vnitionem* Dei *verbi ad carnem confitentur, & non anathematizat prædicta impijssime conscripta, & eos qui similia his sapuerunt vel sapiunt, sed & omnes qui contra rectã fidem scripserunt, aut contra Beatę memorię Cyrillũ, vel duodecim eius capitula, & in hac impietatè defuncti*

sunt,

sunt, tales anathema sunto. Et hęc in cap. 13. Quinti illius Concilij generalis. Fuit autem Theodorus ille Episcopus Mopsuestiensis primo tempore, πνευματόμαχος, id est, Spiritui sancto aduersarius, exstititq́ (vt aiunt) Pręceptor Nestorij, quemadmodũ est in priori B. Cyrilli Epistola ad Successum Episcopum Isaurię diocæsariẽsem. De cuius errore, atque damnatione in ca. 12. eiusdem Quinti generalis Concilij sic est: Si quis defendit Theodorum impijssimum Mopsuestenum, qui dixit, alium esse Deum verbum, & alium Christum, & passionibus animę, & concupiscentijs carnis molestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex operum promotione meliorem factum, & ex vitę conuersatione incontaminatum constitutum tamquam purum hominem baptizari in nomine Dei patris, filij, & Spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti Spiritus accipere, & adoptionem promereri, ad similitudinem Imperialis imaginis in persona Dei verbi adorari. Post resurretionem inconuertibilem secundum intellectum, & sine peccato penitus factum. Et iterum dicente eodem impijssimo Theodoro, vnionem Dei verbi ad Christum, talem factam fuisse, qualem dixit Apostolus in marito & vxore: (Ephes. 5.) Erunt duo in carne vna. Et super alias innumerabiles eius blasphemias, præsumente dicere, quòd post resurrectionem sufflans Dominus in discipulos suos, & dicens: (Johan. 20.) Accipite Spiritum sanctum, non dedit Spiritum sanctum, sed tantùm schemate sufflauit. Reliquas eius prætereo blasphemias, quas in parte ex hoc loco citato cõ-

De erroribus & dãnatione Theodori Mopsuesteni Episcopi.

sequenter & partim aliunde petere licet. Sequiturque in fine supradicti cap. 12. Si quis igitur defendit prædictum impijssimum Theodorum, vel impia eius scripta, in quibus tam prædictas, quàm & alias innumerabiles blasphemias euomuit aduersus magnum Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, & non anathematizat eum, vel impia eius conscripta, & omnes qui susceperint, aut defendunt eum, aut dicentes recte eum exponere, & eos qui pro ipso scripserunt, & similia ei sapuerunt, aut pro eo scribunt, vel eius impia conscripta, & eos qui similia ei sapiunt, aut sapuerunt aliquando, & vsque ad finem permanserunt, aut permanent in huiusmodi impietate, talis anathema sit. Et hęc de damnatione impij illius Theodori Mopsuesteni, suorumq; nefandissimorum dogmatum ex Quinto Concilio generali. Verùm Theodoritus postea omnem suum recognouit errorem, & in Quarto Chalcedonensi generali Concilio (superuixit enim ad illud vsque tempus) palam eum confessus est & detestatus, impiumq; Nestoriũ Arianũ, cum quibuscunque alijs hæreticis, atque eorum impijs dogmatibus anathematizauit. quare & à Quinta illa generali sacra Synodo (sicut videre latius licet in act. 8.) pro honorabili membro Ecclesiæ agnitus, susceptus, & restitutus est, suaq; ei Ecclesia, qua priuatus erat propter errorem, restituta. Quin & à Leone Primo Pont. Max. idem Theodoritus restitutus est, cuius etiam subscribebat Epistolæ, vnde per omnia & à sancta illa Quinta generali Synodo, & à Leone, qui

eam

eam conuocarat, orthodoxus eſt habitus, orthodoxeque ſemper poſtea vixit ac ſcripſit: quem vtinam Græci ſchiſmatici ſicut errantem citare ſequique ſolent, ita ſequerentur & pænitentem, Neſtorianamque vniuerſam hæreſim anathematizantem, & catholicam Apoſtolicamque Eccleſiam Romanam per omnia celebrantem.

Τέλος.



AD LE-

AD LECTOREM.



DIECIMVS superioribus Gregorij Papæ Noni, suorumque Apocrisiariorum monumẽtis iam primùm per nos in lucem editis, ac scholijs sicubi opus sit, illustratis, alia quædam haud indigna eiusdem insignis Pontificis acta: cuiusmodi fuere eius Canonizationes, quas meruit Pontificatus sui tempore facere, quarũ celebratione & sanctos Dei propter gloriosa illorũ, quibus mundũ triũpharũt suscepta salutis certamina, præclaraq; virtutis eorum atq. miraculorũ q̃bus coruscarũt insignia, honorauit, & eorũdẽ iugi ac perẽni memoria Dei Ecclesiam haud parum illustrauit. Et ne cui sit dubium aut in his scrupulus, vnde ista desumpta sint: ex autographis, ipsisque Registris Gregorij Papæ Noni, quæ in Vaticana Bibliotheca Romæ asseruantur, Litteras Apostolicas Canonizationum eiusmodi ad verbũ transcripsimus, quæ vt ad maiorẽ venerationem atq; honorem istorum Sanctorum, in oculis sint omniũ, haud immerito hic apponere visum est. Sunt autem, Canonizat. S. Francisci confessoris, ac primi fundatoris Ord. Minor. sub duplicib. Apostolicis litteris, quas hic vnà cum aliis eiusdẽ Stigmatũ approbationis, reperies. Item S. Antonij de Padua eiusdem Ord. Minor. cũ aliis litteris Apost. recitation is officij eiusdẽ S. Antonij, sub Duplici minori, ex præcepto S. D. N. XYSTI PAPAE QVINTI, eiusdem Religionis alumni dignissimi. Item Canonizat. S. Dominici Fundatoris Ord. Præd. necnõ S. Elisabeth Reginæ, & Lantgrauiæ Thuringię, insignis honestarum matronarum speculi, &c. Quæ tamquam eximia ac laudabilia Gregorij Noni acta cùm damus, tu Lector ijsdem fruere, ac Vale.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Vniuersis Christifidelibus, ad quos Litteræ istæ peruenerint.

Super adscriptione Sancti Francisci in Catalogum Sanctorum.

Canonizatio S. Francisci Confessoris. Ex Registro anni 2. pontificatus Gregor. Noni, quod in Vaticano est.



IRA circa nos Diuinę pietatis dignatio, & inæstimabilis dilectio charitatis, qua filium pro seruo tradidit redimendo, dona suæ miserationis non deserens, & vineam dextera eius plantatam continua protectione conseruans, in illam, qui salubriter ipsam excolant, euellentes sarculo ac vomere, quo Samgar sexcentos Philistęos percussit, spinas & tribulos ex eadem, operarios etiam in vndecima hora transmittit, vt superfluitate palmitum resecata, & vitulaminibus spurijs radices altas nō dantibus, nec non sentibus extripatis, fructum suauem afferat, & iocundum, qui prælo patientiæ defecatus in æternitatis cellariū transferatur: Impietate profecto velut igni succensa, & frigescente charitate multorum, in eiusque maceriam diruendam, irruētibus Philistęis potione terrenæ cadentibus voluptatis: Ecce in hora vndecima Dominus qui cum diluuij aqua terram deleret,

Iudic. 3.

Sapien. 4.

Matth. 20.

deleret, iustum per lignum, contemptibilem gubernauit, super sortem iustorum, virgam peccantium non relinquens, excitauit seruum suum Beatum Franciscum, virum vtiq; secundum cor suum, apud cogitationes diuitum lampadem quidem contemptam, sed paratam ad tempus statutum, illam in vineam suam mittens, vt ex ipsa spinas, & vepres euelleret, prostratis illam impugnantibus Philistęis, illuminando patriam, & reconciliari Deo, exhortatione sedula commonendo. Qui audita interius voce inuitantis amici, impiger surgens mundi vincula
Iudic. 15. blandiẽtis, quasi alter Samson, gratia diuina pręuẽtus dirupit, & spiritu feruoris concepto, asiniq; arrepta mandibula, prædicatione siquidem simplici, nullis verborum persuabilium humanæ sapientiæ coloribus adornata, sed tamen Dei virtute potenti,
1. Cor. 1. qui infirma mundi eligit, vt fortia quæq; confun-
Iudic. 15. dat, non tantũ mille, sed multa millia Philistinorũ,
Psal. 103. eo qui tangit montes, & fumigant, faciente, prostrauit, & in spiritus seruitutem redegit, carnis illecebris antea seruiẽtes, quibus vitijs mortuis, & Deo viuentibus, iam non ipsis, quorum pars pessima pe-
Iudic. 15. rijt, ex mandibula ipsa egressa copiosa est aqua, reficiens, abluens, & fœcundans lapsos, sordidos, & arentes, quæ in vitam æternam saliens, absq; argento, & commutatione aliqua potest emi, cuius riuuli longè lateq; diffusi, vineam irrigant vsq; ad ma
Psal. 79. re palmites, & vsq; ad flumen propagines extendentem.

tem. Hinc denique Patris nostri Abrahę imitatus vestigia, mente de terra & cognatione sua, necnon domo patris eius egrediens, iturus in terram quam sibi Dominus diuina inspiratione monstrarat, vt expeditius curreret ad brauiũ vocationis cęlestis, & per angustam portam posset facilius introire, sarcinam terrenę substantiæ deposuit, se illi conformans, qui cum diues esset, pro nobis factus est pauper, eamq; dispersit, dedit pauperibus, vt sic eius iustitia in seculum seculi permaneret: & in terram visionis accedens, super vnum sibi montium demonstratum, videlicet excellentiam fidei, carnem suam, quasi filiam vnigenitam, quę ipsum interdũ deceperat, cum Iepte Domino in holocaustum obtulit, igne supposito charitatis, illã fame, siti, frigore, ac nuditate, vigilijs multis, & ieiunijs, macerando, qua cum vitijs & concupiscentijs crucifixa, dicere poterat cum Apostolo: Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus: quoniam iam non sibi vixerat, sed Christo potius, qui pro peccatis nostris mortuus est, & resurrexit propter iustificationem nostram, vt nullatenus peccato vlterius seruiamus, vitia quoq; supplantans, & contra mundum, carnem, & potestates aerias, luctamen assumens viriliter, vxore, villa, bobus, à cæna magna retrahentibus inuitatos, penitus abdicatis, cum Iacob Domino iubente surrexit, & gratia spiritus septiformis accepta, octoq; sibi assistentibus Beatitudinibus Euã-

Gen. 12. Act. 7. Philip. 3. Matth. 7. Luc. 13. 2. Cor. 8. Psal. 111. Gen. 22. Iudic. 11. Galat. 2. Rom. 4. Math. 22. & Luc. 14. Gen. 28. & 31.

Ibidem. gelicis, Bethel domum Dei, quam ſeipſum præparauit eidem per quindecim gradus virtutum, qui myſticè in pſalterio continétur, aſcendit, & ibidem altare cordis Domino conſtruens, aromata deuotarum orationum obtulit ſuper eo, per manus angelicas in cõſpectu Domini deferenda, conciuis angelicus mox futurus. Ne vero ſibi ſoli proficeret in mõ-*Gen.29. & 30.* te, tantummodo Rachel, amplexibus inhærendo, contemplationi pulchrę quidem, ſed ſterili, ad Liæ interdictum, deſcendit cubiculum, minaturus gregem gemellis fœtibus fœcundatum ad interiora deſerti, pro vitæ paſcuis perquirendis, vt illic vbi manna cęleſtis dulcedinis reficit, à ſecularium ſtrepitu ſegregatos, cum lachrymarum effuſione *Pſal.125.* ſemina ſua mittens, cum exultatione manipulos, ad æternitatis horrea reportaret, cum populi ſui principibus collocandus, corona iuſtitiæ coronatus. Qui nimirum non quæ ſua ſunt quærens, ſed potius quæ ſunt Chriſti: Et eidem velut apis argumentoſa deſeruiens, necnon quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, ac quaſi Luna plena in diebus ſuis, & ſicut ſol in Eccleſia Dei fulgens, lampadem & tubam in manus aſſumpſit, vt lucentium operum documentis, humiles attraheret ad gratiam, & proteruos à noxijs retraheret exceſſibus dura increpatione terrẽdo, ac ſic virtute charitatis afflatus, in *Iudic.7. & 8.* caſtra Madianitarũ, Eccleſię iudiciũ declinantiũ, per contemptum, eo iuuante qui dum virginali vte

ro clauderetur, mundum suo circuibat imperio vniuersum, intrepidus irruit, & abstulit arma in quibus confidebat fortis armatus, atrium suum custodiens, & distribuit spolia quæ tenebat, eiusq; captiuitatem captiuam reduxit in obsequium Iesu Christi. Hoste itaq; triplici in terra positus superato, Regno cælorum vim intulit, & illud rapuit violenter; & post huius vitæ quamplura gloriosa certamina, mundum triumphans, feliciter migrauit ad Dominum, multos præueniens scientia prędiτos scienter nescius, & sapienter indoctus. Sanè licet eius vita tã sancta, tam strenua, & præclara sibi sufficeret, ad obtinendum consortium Ecclesiæ triumphantis, quia tamen militans, quæ solummodo videt in facie, non præsumit de his, qui de suo foro non sunt, auctoritate propria iudicare, vt illos pro vita tantum venerandos assumat, pręsertim quia nonnumquam angelus Satanæ in lucis angelum se transformat; Omnipotens & misericors Deus, de cuius munere venit, quòd prędictus famulus Christi, dignè sibi, & laudabiliter deseruiuit, tantam lucernam absconsam, sub modio remanere non patiens, sed eam volens super candelabrum collocari: his qui sunt in domo luminis, solatium præbituram vitam eius sibi fuisse acceptam, & ipsius memoriam esse à militanti Ecclesia venerandam, multis & præclaris miraculis declarauit. Cùm igitur gloriosæ vitæ ipsius insignia ex multa familiaritate, quam nobiscum

Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11.

Matth. 11.

2. Cor. 11.

Matth. 5. Marc. 4. Luc. 11.

habuit in minori officio conſtitutis, plenè cognita vobis eſſent, & de miraculorum coruſcatione multiplici, per teſtes idoneos nobis facta fuerit plena fides, confidentes per Dei miſericordiam, nos & gregem nobis commiſſum, eius ſuffragiis adiuuari, & quem familiarem habuimus in terris, habere patronum in cælis; habito fratum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ipſum aſcribi decreuimus Sãctorum catalogo venerandum. Statuentes vt IIII. Nonas Octobris, die videlicet quo à carnis ergaſtulo abſolutus, ad ætherea Regna peruenit, ab vniuerſali Eccleſia, natalitia eius deuotè ac ſolemniter celebrentur. Quocirca Vniuerſitatem veſtrã, rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, p Apoſtolica vobis ſcripta mãdãtes, quatenus die prędicto in cõmemoratione ipſius, diuinis laudibus alacriter inſiſtentes, eiuſdẽ patrocinia humiliter imploretis, vt ipſius intercedentibus meritis, ad eius mereamini conſortium peruenire: illo prę-ſtãte, qui eſt benedictus, in ſecula ſeculorum. Amen. Dat. Peruſij, xiiij. Kal. Aug. Pont. noſt. anno ſecundo.

S. Franciſcus catalogo ſanctorum aſcribitur, eiuſq; feſtum IIII. Non. Octob. inſtituitur.

Canonizatio S. Franciſci celebrata eſt Peruſij, à Greg. PP. Nono, anno Dñi 1228.



GRE-



GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, & alijs Eccleſiarũ Prælatis, per Regnum Franciæ conſtitutis.

Super eadem Canonizatione S. Franciſci.

Aliç Litterç Apoſt. Canonizationis S. Frã ciſci.



ICVT phialę aureç quas vidit Iohannes plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum in conſpectu altiſſimi, ad abolendam noſtrorum criminum corruptelam, odorem ſuauitatis emittunt: ita ſaluti noſtræ credimus plurimũ expedire, ſi eorũ in terris celebrem habeamus memoriam, ipſorum merita ſolemnibus recolendo præconiis, quorum in cælis ſperamus interceſſionibus aſſiduis adiuuari. Sanè cum de conuerſatione, vita & meritis Beati Franciſci inſtitutoris & Rectoris ordinis fratrum Minorum, qui iuxta conſilium Saluatoris, contemptis tranſitoriis & terrenis iuxta promiſſionem eiuſdem *Apoc. 5.*

ad cæ-

ad cæleſtia præmia feliciter & æterna peruenit, cuius vita & fama præclara peccatorum depulſa caligine, ambulantes in regione vmbræ mortis, de peccatorum tenebris ad pœnitentiæ viam vocans, quorum tam virorum quàm mulierum ad fidem Eccleſiæ roborandam, & confutandam hęreticam prauitatem, viuit adhuc & viget non modica multitudo, tam per nos, quàm per multos alios fide dignos, qui miracula, quæ Deus per illius ſancti viri merita operatur, plenius cognouerunt, certiores effecti, auditis etiam eius virtutibus & miraculorum inſigniis, & quòd inter carnales ſpiritaliter, & inter homines etiam conuerſationem angelicam habuiſſet, ipſum qui corporaliter diſſolutus cum Chriſto eſſe meruit in cæleſtibus, ne ipſius honori debito & gloriæ detrahere quodammodo videremur, ſi glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari: De fratrum noſtrorum conſilio, & prælatorum omnium, qui tunc temporis apud Sedem Apoſtolicã conſiſtebant, Sanctorum catalogo duximus aſcribendum. Cùm igitur eius
Luc.11. lucerna ſic arſerit hactenus in hoc mũdo, quòd per
Matth.5. Dei gratiã iam non ſub modio, ſed ſuper candela-
Marc.4. brũ meruerit collocari: Vniuerſitatem veſtrã rogamus, monemus attentius, & hortamur, per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium, ad venerationem ipſius ſalubriter excitantes, feſtiuitatem eius Quarto Non. Octobris, annis ſin-
gulis

gulis excolatis, & pronuntietis constituto die specialiter excolendam; vt eius precibus Dominus exoratus, suam vobis gratiam tribuat in præsenti, & gloriam in futuro. Dat. Perusii, vij. Idus Iulii. Pont. nostri Anno Secundo.

Anno 1228. Perusij à Greg. PP. Nono, celebrata est Canonizatio S. Francisci.

Vitam gloriosi Confessoris S. Francisci, primi fundatoris ordinis Minorum, sanctitate ac miraculis plenam, luculentissimè ac copiosissimè S. Bonauentura conscripsit. plurimaq; fide dignissima de ipsius gestis prodiderunt proprij peregrinationis eius Socij, quales exstiterunt: Leo, Rufinus, Angelus &c. De eodem etiam S. Antoninus in tertia part. tit. 22. cap. 10. Nec non Vincen. in spec. hist. aliiq; quamplurimi. Ac postremo, in Chronicis ord. min. à se editis, plurimis de eodem Sancto tractauit quidam Marcus Vlyssiponensis eiusdem ordinis, ad quos, gestorum istius Sancti studiosos remitto. Migrauit ex hoc seculo, anno Domini 1226. Et inter Sanctos relatus à Greg. Papa IX. secundo anno sui Pontificatus, qui fuit 1228. Calen. Augusti, Perusij, iuxta Assisium locum natiuitatis suæ atq; quietis: de quibus latius in litteris apostolicis ipsius Canonizationis, hic positis.

Ad Religionem porro S. Francisci, eiusq; propagationem, atq; progressum quod attinet, est quod sibi hæc ætas gratuletur de Chronicis, quæ modo in lucem nobis Romæ edit, tam super progressu quàm rebus maximè notabilibus Religionis Franciscanæ, in quauis Prouincia, Reuerendiss. P. Generalis Ord. Min. de obseruantia P. F. Franciscus Gonzaga, religione & familia maximè illustris. Nec minus gratum esse debet opus aliud R. P. F. Rodulphi Tussignani Conuentualis, de Viris magis insignibus totius Religionis S. Francisci, quod vna cum Iconibus propriis virorum Illustrium Religionis, Venetiis iam editur.



GRE-



GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Vniuersis Christifidelibus, per Teutoniam constitutis, præsentes Litteras inspecturis

Confirmatio atq; approbatio veritatis Stigmatum S. Francisci. Ex Registro Anni vndecimi Põtificatus Gregorij Noni. num. 14.

Super veritate Stigmatum S. Francisci.



Onfessor Domini gloriosus Beatus Franciscus, qualis vitæ meritis processerit ad patriã perpetuæ claritatis, explicare litteris arbitramur fore superfluum, cùm id fere peruenerit ad fidelium notitiam singulorum. Verumtamen grãde ac singulare miraculum, quo ipsum sanctorum splendor & gloria Dominus Iesus Christus mirabiliter decorauit, Vniuersitati vestræ tenore præsentium non indignè duximus exprimendum: videlicet, quòd idem Sanctus cùm adhuc spatium pręsentis vitę percurreret, & postquam illud feliciter consummauit; manibus, latere, ac pedibus specie stigmatũ diuinitus exstitit insignitus, quo ad nostram & fratrum nostrorum deducto notitiam

titiam, & cum ceteris eiusdem miraculis per testes fide dignissimos probato solemniter, ex ipso specialem caussam habuimus, quòd Confessorem eũdem de dictorum Fratrum & omnium prælatorum consilio, qui tunc apud sedem Apostolicam existebant, Sactorum catalogo duximus adscribendum. Igitur cum id ab vniuersis fidelibus, & vobis præcipuè credi firmiter cupiamus, deuotiones vestras rogamus & hortamur, in Domino Iesu Christo, in remissionem vestrorum peccatorum iniungendo, quatenus ab assertione contrarij aures de cetero penitus auertentes, Cõfessorem eumdem apud Dominum pia vobis reddatis veneratione propitium, vt eius precibus ac meritis & in præsenti à Domino prosperitatis gaudiũ, & in futurum felicitatis æternæ percepisse solatium exultetis. Dat. Viterbij ij. Calen. Aprilis. Anno vndecimo. Pont. nostri.

Scriptores & assertores veritatis Stigmatum S. Francisci.

Super eadem veneratione S. Francisci, scripsit idem Pont. Gregor. Nonus, etiam in particulari, Episcopo Olomucensi, vt est in Registro anni decimi Pontificatus eiusdem. De stigmatibus eorumq; veritate, etiam assertorem ac testem fide dignissimum habes ipsum Seraphicũ Bonauenturam, in vit. S. Francisci, præsertim in cap. 13. vbi totam facti seriem prosequitur, tantęque rei testes grauissimos adducit. De ijsdem etiam reperiuntur litteræ Apostolicæ Alexandri Papæ Quarti, in Reg. Vat. De quibus quoq; vide Chronica Marci Vlyssip. in prima parte, lib. 2. cap. 55 53. 57. 58. & 59. Commemoratio porro Impressionis sacrorum Stigmatũ, quę S. Franciscus in monte Aluerniæ in Hetruria accepit, fit 17. Septembris, sub quo etiam die, eamdẽ in Martyrologio Romano reponendam mandauit S. D. N. Sixtus V. sicut & in suis in Martyrologium Rom. notationibus, sub eodẽ die 17. adnotauit R. P. Cæsarius Baronius Soranus.



GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, & alijs Ecclesiarum Prælatis, præsentem paginam inspecturis.

Super Canonizatione S. Antonij de Padua.

Canonizatio S. Antonij de Padua ord. Min. Ex Registro Vatic. anni 6. Pötificatus Gregorij Papæ Noni, nume. 12.

Matth. 13.



VM dicat Dominus per Prophetam; Dabo vos cunctis populis in laudem & gloriam & honorem; & per se polliceatur, quòd iusti sicut sol in conspectu Dei fulgebunt: pium & iustum est, vt quos Dominus merito sanctitatis coronat & honorat in cęlis, nos venerationis officio laudemus & glorificemus in terris; cum ipse potius laudetur & glorificetur in illis, qui est laudabilis & gloriosus in secula, & in sanctis.

Daniel. 4.

Vt enim suę virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & nostræ salutis caussam misericorditer operetur, fideles suos, quos semper coronat in cælo, frequenter & honorat in seculo: ad eorum memorias signa faciens & prodigia, per quæ prauitas confundatur

datur hæretica, & fides catholica confirmetur, fideles mentis torpore discusso, ad boni operis excitentur instantiam, hæretici depulsa in qua iacent cęcitatis caligine, ab inuio reducantur ad uiam, & Iudęi atque pagani vero lumine cognito, currant ad Christum, lucem, viam, veritatem & vitam, vnde nos carissimi, & si non quantas debemus, quantas tamen possumus gratias agimus gratiarum omnium largitori, quòd diebus nostris ad confirmationem catholicæ fidei, & ad confusionem hæreticæ prauitatis, euidenter innouat signa, & mirabilia potenter immutat, faciens illos coruscare miraculis, qui fidem catholicam tam corde quàm ore, necnon & opere roborarunt: de quorum numero sanctæ memoriæ Beatus Antonius de ordine Fratrum Minorum, qui olim degens in seculo, magis pollebat meritis, nunc viuens in cęlo multis coruscat miraculis, vt eius sanctitas certis indicijs comprobetur. Cum enim dudum venerabilis frater noster Episcopus, & dilectus filius N. Potestas & communitas Paduana nobis per nuntios suos & litteras humiliter suplicassent, vt cum Dominus eidem Sancto tantam contulit gloriam, vt ad dandam scientiam primæ stolæ immortalitatis ipsius, & experimentum euidens de secunda, sepulchrum eius tot & tantis daret coruscare miraculis; quòd eius inter alios Sanctos non inuocari suffragia est indignum, de ipsius miraculis testes re-

Iohan. 8. & 14.

cipi mandaremus, nos attendentes, quòd licet ad hoc vt aliquis sanctus sit apud Dominum, in Ecclesia triumphante, sola sufficiat finalis perseuerantia; iuxta illud: Esto fidelis vsq. ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: ad hoc tamen vt sanctus habeatur apud homines in Ecclesia militante, duo sunt necessaria, virtus morum, & veritas signorum, merita videlicet & miracula, vt hæc & illa sibi ad inuicem contestentur, cùm nec merita sine miraculis, nec miracula sine meritis plenè sufficiant ad perhibendum inter homines testimonium sanctitati. Sed cum merita sana præcedunt & clara succedunt miracula, certum præbeant indicium sanctitatis, vt nos ad ipsius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus, & signis subsequentibus exhibet venerandum, quæ duo ex verbis Euangelistæ plenius colliguntur: Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis, eidem Episcopo & dil. fil. Fratri Iordano sancti Benedicti, & I. sancti Augustini, prioribus ordinis Fratrum Prædicatorum Paduan. receptionem testium de miraculis eiusdem Sácti duximus committendam. Nuper autem tam per relationem prædictorum Episcopi & Priorum: quàm per depositiones testium super hoc receptorum, de ipsius virtutibus & miraculorum insigniis certiores effecti, & experti aliquando per nos ipsos sanctitatem vitæ, & admirabilem

Apoc. 2.

Duo necessaria, ut quis Sanctus habeatur apud homines.

Marc. 16.

rabilem conuersationem ipsius, vtpote qui apud nos fuit aliquamdiu laudabiliter conuersatus, eisdem Episcopo & potestate & communitate prædictis, per solemnes nuntios suos & litteras, nobis cum instantia denuo supplicantibus, quòd eumdem Fratrem Sanctorum catalogo ascribere curaremus, vt auctoritate sicut conuenit Apostolica, dignus honor illi exhiberetur in terris, qui sicut claris signis & euidentibus argumentis apparet honoratus in cęlis, ipsum qui corporaliter dissolutus, cum Christo esse meruit in cęlestibus, ne illius honori debito & gloriæ detrahere quodammodo videremur, si glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari, de Fratrum nostrorum consilio, & Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apostolicam existentium, catalogo Sanctorum duximus ascribendum. Cum igitur secundum Euangelicam veritatem, nemo accēdat lucernam, & ponat eam sub modio, sed super candelabrum, vt omnes qui in domo sunt, lumen videant, & prædicti Sancti lucerna sic arserit hactenus in hoc mundo, quòd per Dei gratiam iam non sub modio, sed super candelabrum meruerit collocari, Vniuersitatem vestram rogamus, monemus atque hortamur, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium ad venerationem eius salubriter excitantes, festiuitatem ipsius Idibus Iunij annis singulis celebretis, & faciatis

S. Antonius Patauinus catalogo Sāctorū ascribitur.

Matth. 5. Marc. 14. Luc. 11.

Festum S. Anton. Patauini Idibus Iunij indictum.

ciatis eadem die solemniter celebrari: vt eiusdem precibus Dominus exoratus, gratiam in præsenti, & gloriam vobis tribuat in futuro. Nos autem cupientes sepulchrum tanti Confessoris, qui miraculorum fulgoribus illustrat Ecclesiam generalem, congruis honoribus frequentari, omnibus verè pœnitentibus & confessis illud in festiuitate ipsius vsque ad octauum diem annis singulis cum reuerentia debita visitantibus, de omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, annum vnum de iniuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxamus. Dat. Spoleti. Kal. Iunij, Anno Sexto.

FVit hic S. Antonius Vlyssip. de Padua dictus, vita & miraculis ac prædicatione valde celebris. De quo plura qui velit, apud S. Antoninū in 3. parte, tit. 24. cap. 2. & apud Laurentiū Suriū Carthus. Colonien. tom. 3. reperiet. Cuius etiam præclara acta egregiè ac copiosè postremo descripsit in Chron. Franciscanorum tom. 1. lib. 5. per totum, Marcus Vlyssiponensis. Ac postea Reuerendissimus General. Ord. Min. de Obseruantia P. F. Franciscus Gonzaga, & R. P. F. Rodulphus Tussignanus Conuent. in suis quæ modò in lucem edunt, Chronicis, de eodem. Emigrauit ad superos anno Domini 1231. Annoque post sequenti, qui erat 1232. & sextus Pontificatus Gregorij Papæ Noni, ab eodem Papa Sanctorum Catalogo adscriptus est. vt ex præmissis litteris Apostolicis, quas ex ipso Regist. Gregorij Papæ Noni, quod in Vaticano adseruatur, descripsimus, clarum est. Festum eius celebratur Idibus Iunij. & quidem iam sub Duplici minori ex præcepto S. D. N. Sixti PP. V. cuius hic Bullā simul cum Sancti vita, sicut in eius Officio legitur, honoris illius ergò adiecimus.



SIXTVS



SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.



Mmensa diuinæ sapientię altitudo, cuius inscrutabilia sunt iudicia, dignata est olim per Prophetam reuelare, Deum in sanctis suis Psal.67.& 150. *laudari velle. Quod nos ad eorumdem Sanctorum memoriam debita solemnitate celebrandam eo magis inuitat, quia dum eorum merita recensentur, virtutum quoq. exempla fidelibus imitanda proponuntur; vt per ea fideles ipsi gradientes, ad cælestem beatitudinem eorũdem Sanctorum suffragijs adiuti, facilius valeant peruenire. Quapropter nos considerantes quòd inter multos sanctitate & doctrina præclaros viros, qui sancti Francisci vestigia sequuti fuerunt, Beatus Antonius Vlyssiponensis, Patauinus nuncupatus, eximiæ sanctitatis vir fuit, qui ab ineunte ætate mundũ, eiusq; illecebras veluti venenũ aspidũ fugiẽs, Deo se dicauit, ipsiusq. Seraphici Francisci institutum magna cum spe desiderioque martyrij, religiose est complexus, in suscepta vitę disciplina progrediens, cooperante Domino, mundi, carnis, & diaboli*

boli humani generis hostium egregijs dimicationibus triumphum reportauit: diuina præterea imbutus ſapientia, multiſque varijſq; prouincijs peragratis, maxima hominum ab eo qui lux, via, veritas & vita eſt, aberrantium copia præclaris Chriſtianorum virtutum exemplis illuſtrauit, ac verbi Dei, quod velut imber de cęlo deſcendens, terramque inebrians facit eam germinare, pia fœcundaq. prędicatione mentes hominum ſalutaribus pręceptis fœcũdauit, multosq. ad catholicę doctrinæ lucem & verbis & conſequentibus ſignis perduxit, ac demum diuerſis in vita & poſt obitum miraculis clarus, ad permanentem illam, nulliq. mutationi obnoxiam patriam, recto atq. incitato curſu euolauit, vbi in ęternis cęleſtis regni manſionibus beatus perfruitur. Ipſe autem à felicis recordationis Gregorio Papa Nono prędeceſſore noſtro, Sanctorum, quos Catholica veneratur Eccleſia, catalogo ſolemni ritu adſcriptus, in cęlo pro ipſa ſemper Eccleſia apud Deum vnà cum omnibus Sanctis eiuſdem glorię conſortibus aſſidue & pro peccatoribus intercedit. Quare vt eiuſdem beati viri, qui ordinis ipſius ſancti Franciſci profeſſor fuit, memoria à fidelibus crebrius recolatur, celebriq. totius Eccleſię veneratione celebretur, Nos & diuinis illius meritis adducti, & præcipuè erga illum noſtræ deuotionis ſtudio excitati hac pręſenti conſtitutione præcipimus & mandamus, vt eiuſdem beati Antonij de Padua nuncupati confeſſoris glorioſi dies feſtus Idibus Iunij, quo die ex hoc collacrymabili ſæculo ad cæleſtem patriam abijt, ſolemniter peragatur, ac

[Margin: Iohan. 8. & 14.]

[Margin: S. Antonius de Padua à Gregor. Papa Nono, Sanctorum catalogo adſcriptus, vt ex pręmiſſis eiuſdẽ Papę litteris Apoſtol. patet.]


[Margin: Feſtum S. Antonij de Padua Idibus Iunij inſtitutum.]

tur, ac sub Duplici minori, & proprio officio, atq. vbi propria non erunt, de communi Confessorum non Pontificum post hac perpetuis futuris temporibus in omnibus vniuersi orbis Ecclesijs rite celebretur: & in Calendario cũ Duplicis festi adiectione inscribatur: sicubi vero dies supradictus ex fidelium deuotione, seu consuetudine, aut præcepto, vel indulto Apostolico maiori obseruantia, etiã si duplici maioris in die festi, & duplici minoris per octauam, vt apud Fratres eiusdẽ ordinis sancti Francisci, celebrari cõsueuerit, id omnino ibidẽ retineatur. Præcipiẽtes omnibus & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisq. Ecclesiarũ Prælatis, ac quorũcumq regularium locorum & Ordinum superioribus, quatenus in suis quisq Ecclesijs, prouincijs, ciuitatibus, & diœcesibus, ac regularibus locis præsentes litteras solemniter publicari, & ab omnibus Ecclesiasticis personis tam sæcularibus, quàm quorumuis Ordinum regularium secundum ritum S. Romanæ Ecclesię officium persoluentibus, omnino obseruari faciant, etiam si in Breuiarij & Missalis reformationibus nuper editis præfata solemnitas apposita non fuerit. Quoniam autem difficile esset easdem presentes ad singula orbis loca peruenire, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, vt earum transumptis, & exemplis etiam impressis, manu notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis, eadem prorsus fides vbique gentium & locorum adhibeatur, quę ipsis præsentibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensę. Datum Ro-

mæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicę M. DLXXXV. decimonono Kal. Februarij, Pontificatus nostri anno Primo.

H. Prodat.

Io. Baptista Canobius.



VITA S. ANTONII DE PADVA.

Habetur in officio ipsius festi.



Ntonius, antea Fernandus vocatus, Vlyssiponę in Lusitania ab honestis ortus parentibus, cum piè educatus esset, adolescens, mundi spretis illecebris, Canonicorum regularium S. Augustini institutum religiosè suscepit. Verùm quo tempore corpora beatorum Martyrum quinque Fratrum Ordinis Minorum; qui pro Christi fide apud Marrochium paulò ante passi erant, Coimbriam magna Regis, populiq; religione transferebantur, martyrij desiderio incensus, Abbatis sui tandem concessu, à Canonicorum Augustinianorum Ordine ad Franciscanũ transijt: mutatoque nomine Antonium se vocari petijt, appellatione loci, quò ad habitum suscipiendum venerat, qui sanctus Antonius nuncupabatur. Martyrij autem spe in dies ardentius inflammatus, ad Saracenos, cum primum facultatem à Fratribus habuit, ire properauit: sed infirma valetudinę, quæ diu illum grauiter afflixerat, in patriam redire coactus, cùm ad Hispaniæ littora nauim appellere putaret, uentorum impulsu in Siciliam venit, Dei prouidentia reseruatus ad plurimorum salutem, quos variis in prouinciis è pecca-

S. Antonius ex Canonico regulari fit Minorita. priori mutato nomine.

peccatorum sordibus reuocauit ad salutares pænitentię fructus.


Assisium è Sicilia ad generale Capitulum venit: inde ad Aemiliam prouinciam: vbi in eremum Montis Pauli secessit. Quo loco, cellam in crypta quadam nactus, diuinis contemplationibus, orationi, abstinentiæ, ieiunio, vigiliisque diu vacauit. Postea autem, diuino spiritu roboratus, ad Forum Liuij, vt sacris ordinibus initiaretur, vnà cum alijs Fratribus profectus, superioris iussu sermonem tanta mysteriorum vi, & copia habuit, vt apud omnes magnam sui admirationem excitarit. Missus verò deinceps ad concionandum, mirificè profecit. Inimicitias, odia, fœnora, furta, rapinas, aliaque peccata & publica, & priuata, vbi gentium fuit, prædicatione sua diuinitus substulit: hæresesque vndique profligauit, ideoque vocatus est, perpetuus hæreticorũ Malleus. Primus Ordinis Franciscani fuit, qui Bononiæ, aliisq; locis sacrarum litterarum interpres, Fratrum suorum studio præfuit. Enimuerò monasteria, quæ habitauit, interpretationum diuinarum munere, concionumque vsu frequenti mirabiliter illustrauit. Nam diuina sapientia affluens, in cælestibus mysterijs luculenter, copioseque explicandis vsqueadeò pręstitit, vt cùm eum aliquando concionantem Pontifex audiret, arcam testamenti appellarit.

Ea porrò in veneratione fuit, vt, cùm innumera hominũ multitudo, etiam intempesta nocte, ad eius conciones confluerct, vestem cultiorem omnes ferè deponerent: Sanctitate autem, quam quotidie fermè inauditis miraculis Deus testificatam esse voluit, vbique præluxit, vsqueadeo, vt mulieres ex illius tunica particulas præciderent, quas reliquiarum loco asseruarent. Multis verò peragratis prouincijs, anno deniq; ante obitum venit Patauium, vbi ab omni alia cura vacuus, in oratione, prædicatione, confessionibusque audiendis assiduus, atque aliis pietatis operibus deditus, admiranda etiam suę diuinę virtutis monimenta reliquit. Itaque laboribus magnis pro Dei gloria perfunctus, demum cum

S. Antonius anno ante obitum venit Patauium.

Anno Domini 1231. Idib. Iunij S. Antonius Patau. emigrauit ex hoc sæculo.

dies migrationis venit, vnctione sacra percepta, psalmisque pœnitentialibus deuote pronuntiatis, paulò post, quasi dormienti similis in manu astantium conquiescens, Idibus Iunij ad premium abijt in cælum, anno Domini Millesimo ducentesimo trigesimo primo. Eum tantis meritis cumulatum, miraculorumque laude clarum, Gregorius Nonus Pontifex in Sanctorum Confessorum numero adscripsit. Postea Sixtus Quintus Pōtifex Duplicis officij ritu celebrari precepit.



GREGO-

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Decanis, & alijs Eccleſiarum prælatis, ad quos litteræ iſtæ peruenerint.

Super aſcriptione S. Dominici in Catalogo Sanctorum.

Littera Apoſtol. Canonizationis S. Dominici, ex Vatic. Registro anni viij. Pōt. Greg. Papæ Noni, ſub num. 142.



Ons ſapientiæ verbum Patris Dominus Ieſus Chriſtus, cuius natura bonitas, opus miſericordia, redimens & renouās quos creauit: qui vineam, quam de Aegypto tranſtulit, vſq; ad cōſummationem ſæculi non relinquit; ſapienter ſigna propter inſtabiles mentes innouat, & mirabilia contra diffidentiam incredulitatis immutat, dum in Eccleſiæ naſcentis exordio poſt obitum Moyſis, videlicet finem legis, aſcenſurus equos, & in Euangeliorum quadrigis, quæ verè ſunt ſanitas, arcu ſacri eloquij, quem donec Iudæus infirmetur, intenderat; & iuramentis, quæ in Patribus nobis diſpoſuerat ſuſcitatis, confidentiam Iericho gloriam mundi, quem prædicationis fremitu obſtupefactis gentibus vicerat, calcaturus, viā equis

Pſal. 79.

ſuis

ſuis in mari faceret; & in Raab ſalutem latitudinis gentium ſigno coccineo figuraret, in prima quadrigarum quattuor egredientium in Zacharia de medio duorum montium ęreorum protulit equos rufos populorum principes, fontes terræ, qui per obedientiam fidei Deo Abraam, patris credentium, in fundamentum noui fœderis adhærentes: ad ducis inſtar tinctis de Boſra, id eſt, tribulationis anguſtia, veſtibus cuncta ſuæ ſigna militiæ rubricarunt: vt pro futuræ gloriæ gaudio præſentem gladiũ non timentes, effecti martyres, ideſt, teſtes nouę legis, libro confeſſionis voce ſubſcriberent, & forinſecis miraculorum ſignis ad ſtipulationum robur appoſitis, librum & tabernaculum, quod Deus, & non homo fixit, ac Euangelici vaſa miniſterij, non brutorum, ſed rationabilium hoſtiarum ſanguine tingerent, & in vniuerſam ſpatioſi maris faciem ſagena prædicationis expanſa, multiplicatam ſuper numerum, de cunctis, quę ſub cælo ſunt, nationibus Eccleſiam congregarent. Sed quia pręſumptio multitudinem, & malitia ſubſecuta eſt libertatem: in quadriga ſecunda ſub colore, qui lugentibus & pænitentibus congruit, equeſtrem cuneum deputauit, qui ad clauſtrale deſertum ductus per ſpiritum ſub noui Iſraelis auriga, ſanctiſſimo Benedicto, velut ſub altero Heliſæo, filij prophetarum communis vitę bonum, occaſione multitudinis perditum, in iocundæ cohabitationis grata ſocietate reſtituit;

Zach. 6.

&ſic

& sic vnitatis scissum rete reficies, ac per opera pietatis, ad terram Aquilonis, vnde omne malum panditur, proficiscens, eum fecit in ingressis thesauros niuis, & contritis corde quiescere, qui dedignatur in corpore peccatis subdito habitare, post quos quasi lassum renouaturus exercitum, & redditurus iubilum post lamentum, applicitis ad quadrigam tertiam equis albis, fratribus Cistercien. ordinis, & Floren. velut tonsarum greges geminæ caritatis fœtibus, vberes de pænitentiæ lauacro fecit ascendere, S. Bernardo ariete ouium in virtute spiritus, qua ex alto indutus extitit, & in abundantia frumenti vallium præeunte, vt transeuntes liberati per eum in fortitudine clament ad Dominum, dicant Iesuin, & ponant castra Dei exercituum super mare. Nouo igitur Israele his tribus agminibus, turmis totidem, quas Philistiim fecerant occurrente, hora vndecima, cum dies iam declinasset ad vesperum, & propter iniquitatis abundantiam, caritate plurimum frigescéte vergeret iustitiæ radius ad occasum: quia vineam ad quam pater familias operarios diuersis temporibus denarij conductos conuentione præmiserat, & quam sua dextera plantarat, non solum vitiorum vepres & spinæ peruaserant; sed iam propemodum vulpeculæ demolientes, conuertere in alienæ vitis amaritudinem intendebant aduersus infestissimam multitudinem, militiam adunare voluit promptiorem; & sicut impræsentiarum cerni-

Hierem. 1. 4
Iob 38.
Sap. 1.
Zachar. 6.
Exod. 14.
Matth. 20.
Luc. 24.
Matth. 20.
Cant. 2.
Ierem. 2.

mus poſt trium ſignis differentium tirocinia quadrigarum, in quadriga quarta equos varios & robuſtos Prædicatorum, & Minorum fratrum agmina cum electis Ducibus ſimul in prælium directurus, ſpiritũ ſancti Dominici ſuſcitauit, & ei velut equo ſuæ gloriæ præbẽs fidei fortitudinem & feruorem, diuinæ prædicationis ignitum circumdedit collo eius, qui gerens à pueritia cor ſenile, ac in mortificatione carnis eligens viuere, vitæ requiſiuit actorem, & Deo deditus, ac in Nazaræum ſub B. Auguſtini regula conſecratus ſedulũ circa ſancta, Samuelis imitatus obſequium in caſtigatione deſiderij, piiſſimum Danielis continuauit affectum, iuſtitiæ ſemitas & Sanctorum vias ſtrenuus athleta cuſtodiens, & velut ad monumentũ de tabernaculo Domini, de militantis Eccleſię magiſterio, ac miniſterio non diſcedens, carnem ſpiritui, & ſenſualitatem ſubijciens rationi: & factus vnus cum Deo ſpiritus, totus in eum per exceſſum mentis pergere ſtuduit; & ſobriæ compaſſionis ſtudijs, à caritatẽ proximi non receſſit. Quo ſagittante delitias carnium, & fulgurante mentes lapideas impiorum, omnis hęreticorum ſecta contremuit, omnis Eccleſia fideliũ exultauit; ætate creſcente creuit & gratia, quandoquidẽ inexplicabile gaudium de zelo cõcipiens animarum, ad eloquia Dei dedit animum, & per Euangelium Chriſti multos generans in conuerſione tã ſtrenuæ multitudinis, Euangelicæ dignitatis offi-

cium


cium profitentis, nomen & opus in terra meruit obtinere maiorum. Paſtor & Dux inclitus in populo Dei factus, nouum Prædicatorum ordinem inſtituit meritis, ordinauit exemplis, nec miraculis confirmare deſijt euidentibus & probatis. Nã præter opera ſanctitatis & ſigna virtutis, quibus in carne poſitus claruit, diuerſorum curatis languoribus, loquela mutis, viſu cæcis, ſurdis auditu, greſſu paralyticis, & ſanitate priſtina multarum generibus inualetudinum reſtitutis, apertè patuit qualis ſpiritus in eiuſdem ſanctiſſimi gleba corporis habitauit. Cum igitur ex multa familiaritate, quam nobiſcum in minori conſtitutis officio habuit, argumẽta ſanctitatis ipſius ex inſignis vitæ teſtimonio conſtitiſſent, eſſetq; poſtmodum de miraculorum veritate dictorum, facta nobis per teſtes idoneos plena fides; Nos cum commiſſo nobis grege Domini, confidentes eius poſſe ſuffragijs per Dei miſericordiam adiuuari; vt cuius in terris ſolatium gratioſę familiaritatis habere meruimus, eius in cęlis potenti patrocinio gaudeamus: ipſum de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, ac omnium tunc apud ſedem Apoſtolicam conſiſtentium Prælatorum, Catalogo Sanctorum aſcribi decreuimus, ſtatuentes firmiter, ac Vniuerſitati veſtræ præſentibus

S. Dominicus vitę sãctitate, & miraculis clarus.

S. Dominicus Sanctorũ Catalo-

& faciatis solemniter celebrari, quatenus ipsius precibus Deus, quem viuens coluit, exoratus, gratiã in præsenti seculo, & gloriam nobis tribuat in futuro. Nos verò tanti Confessoris venerabilem sepulturam, quæ miraculorum fulgoribus generalem illustrat Ecclesiam, cupientes dignis Christianæ deuotionis honoribus frequentari: verè pœnitentibus & confessis, illam in festiuitate præfata annis singulis cum deuotione ac reuerentia debita visitantibus, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, eius auctoritate confisi, vnũ Annũ de iniũcta sibi pœnitẽtia misericorditer relaxamus. Datum Reate, V. Non. Iulij, Anno Octauo.

DE S. Dominico Confessore, ac ordinis fratrum Prædicatorum fundatore, viro sanctitate, doctrina & miraculis clarissimo, vide cum primis Theodoricum eiusdem ordinis Fratrem, qui octo libris insignia huius sancti gesta prosecutus est, quæ Surius tom. 4. refert. De hoc etiam luculenter conscripsit Iohannes Garzonius Bononien. in lib. de viris illust. ord. Prædicat. Et Antoninus in 3. parte, tit. 23. cap. 1. 2. 3. 4. & sequen. alijq; quamplures, etiam moderni. A Gregorio Nono, inter sanctos relatus est, anno octauo Pontificatus ipsius, vt ex superioribus litteris Apost. patet. Eius Festũ nonis Augusti, institutum fuit, sed fe. rec. Paulus Papa Quartus prudẽter trãstulit, ac pridie Non. hoc est, 4. Aug. celebrari voluit, propter festum B. Mariæ ad Niues in ipsas Nonas incidens, ne aliàs vtrumque propter concurrentiam, eodem debeat celebrari die.



GREGO-



GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI

Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Decanis, & aliis Eccleſiarum prælatis, ad quos litteræ iſtæ peruenerint.

Super adſcriptione S. Elizabeth in Catalogo Sanctorum. *Canonizatio S. Elizabeth Reginæ, & Lantgrauiæ Thuringiæ. Ex Vat. Regiſt. Anni Noni Põtificatus Greg. Noni. num. 91.*



Loriosus in maieſtate ſua patris ęterni Filius redemptor noſter Dominus Ieſus Chriſtus, de cęlorum ſummitate proſpiciens conditionis humanæ gloriam multo concurſu miſeriæ, cui primi parentis culpa dedit initium, deformatam, ineffabili diſpoſitione prouidit, vt & virtutem ſuam ſedentibus in vmbra mortis exponeret, & in exilio poſitos ad libertatis patriam reuocaret. Igitur quia nulli potius quàm ſibi ſuę fa-

virtutis studio restauretur: in exile vasculum, si tamen sit exiguum quod recepit hospitem super omnia spatiosum, scilicet in Aulam virginis refertam omni plenitudine sanctitatis, de regali throno se cõferens, opus inde cunctis visibile protulit, per quod propulso tenebrarum principe de sui redemptione plasmatis triumphauit, certa relinquens instituta fidelibus, per quæ ipsis ad patriã redderetur transitus expeditus. Huiusmodi quidem pietatis seriem Beata Elizabeth ex regali orta progenie, & Thuringiæ Lantgrauia gratiosa, solerti meditatione considerans, & iam dicta eligens instituta continuis obseruare studijs, vt dignã pceptione se redderet, perpetuæ claritatis, quasi ab ortu vitæ vsq. ad occasum, virtutum vacando cultui, numquam desijt in charitatis amplexibus delectari. Nam in confessione veræ fidei vitęque dedita sanctitati, cęlestis Reginæ diligendo filium, per quem dulcedinem consequi posset cęlestium nuptiarum, ita dilexit & proximũ, quod amœnum sibi cõstituens illorum familiarem habere pręsentiam, quam eorum inimica corruptio cunctis suggerit effici peregrinam, se in multis sibi reddidit inopem, sollicitam fore pauperibus multipliciter affluentem, quorum ab ętate tenera, tutrix esse desiderans & amatrix: eo quòd sciret perennis vitę præmium dilectorum Deo acquiri meritis egenorũ, adeo conditionẽ ipsorum gratã sibi constituit, quam naturaliter secularis elatio vilipendit,

Magna pietatis atque virtutũ S. Elizabeth, encomia.

S. Elizabeth in pauperes sollicitudo ac studium.

quod

quod etiam licitis sibi delitijs quas offerebat status excellentia coniugalis, deductis pluries in contemptum, corpus delicatum & tenerum reddebat assiduæ parcimoniæ studio maceratum, tanto sibi meriti quantitate proficiens, quanto quod sponte geritur, maioris gratiæ pręmio muneratur. Quid vltra? Quæq. iura sanguinis in supernæ desiderium trãsferens voluptatis, & imperfectum quid ęstimans, si iam viri destituta præsidio, sic residuum vitę decurreret, quod se ad iugum obediẽtię, cuius sub lege posita maritali absq. ipsius pręiudicio amplexatrix extiterat, non artaret, religionis habitum induit, sub quo Dominicę passionis in se celebrare mysterium, vsque in diem vltimum non omisit. O felix mulier. O matrona mirabilis. O dulcis Elizabeth dicta Dei saturitas, quæ pro refectione pauperũ, panem meruerit Angelorum. O inclita vidua virtutum fœcũda sobole, quæ studens ex gratia consequi, quod à natura non poterat indulgeri, diris animæ hostibus per scutum fidei, loricam iustitiæ, gladium spiritus, salutis galeam, & hastam perseuerantiæ, debellatis: sic amabilẽ immortali sponso se prębuit, sic Reginę virginum se dilectione continua colligauit, suum deprimendo dominium, in ancillæ humilis famulatum: sic sanctis Elizabeth antiquis processibus

Parcimonia & abstinentia S. Elizabeth.

S. Elizabeth religionis habitum induit.

concipiens, & eamdem per effectum pariens, ac nutriens asiduè per profectum; quòd salus omnium in se sperantium, & exaltatio quorumlibet in humilitatis & innocentiæ vallibus positorum in promissæ suis præmia retributionis exsurgens, ipsam mortis nexibus expeditam prouexit ad solium luce inaccessibili luminosum: de cuius stupēda & inexplicabili claritate procedit, quòd illius Spiritus, & in superni fulgoris abysso rutilat; & in huius profundo caliginis, multis coruscat miraculis gloriosis, quorum virtute catholicis fidei, spei, & charitatis augmenta proueniunt, perfidis via veritatis exponitur, & hęreticis confusionis multæ materia cumulatur; dum stuporis turbine obuoluti, quòd dictę Sanctæ meritis, quę dum carnis clausa carcere teneretur, pauper spiritu, mitis mente, propria vel potius aliena peccata deplorans, iustitiam sitiens, misericordiæ dedita, munda corde, verè pacifica, attrita persecutionibus, & opprobrijs extitit lacessita; vita mortuis, lumen cæcis, auditus surdis, verbum mutis, & gressus claudis, cælesti dextera conferuntur: partes Teutoniæ spatiosas, quas mortis dogmate gestiebant inficere, in doctrinæ cęlestis amplexibus cernūt multipliciter exultare. De huiusmodi quidē & alijs eiusdem Sanctę miraculis, quę mentis inspecta oculis vberiorem lætitiam proferunt, quasi diffusis distincta litteris viderentur facta nobis per testes idoneos tanta plenitudine fidei, sicut debetur, & com-

S. Elizabeth miraculis clara.

S. Elizabeth vitę sāctitate Germaniam illustrauit.

& competit colẽdę per omnia veritati. Nos quorum depoſcit officium his continuè deſudare ſtudiis, per quæ augeatur gloria Redemptoris, dictam Sãctam quam ſibi ad intuitum placuit ſuæ maieſtatis aſſumere; de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu: ac Venerabilium fratrum noſtrorũ, Patriarcharũ, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prçlatorum omnium, qui tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtebant, Sanctorum Catalogo duximus adſcribendam; Vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus xiij. Kalen. Decembris, die videlicet, quo eadem mortis abſoluta vinculis, victura perenniter, ad fontem ſupernę prodijt voluptatis, Feſtum eiuſdem prout miranda ipſius meritorum magnitudo exigit, celebretis, & faciatis ſolemniter celebrari; vt id nobis de theſauris cęleſtibus eius pia intercesſione proueniat, quod ipſa præſtãte Chriſto percepiſſe dinoſcitur, & posſidere perpetuo gloriatur. Ceterum vt vniuerſitati fidelium inuiſibilis Aulę conſequendi delitias ex conceſſa nobis poteſtate deſuper propitiante Domino ſit facultas; quinimo & vt nomen exaltetur altisſimi, ſi ſponſæ ſuę venerabilem ſepulturã fidelium procuremus accesſibus honorari, omnibus vere pęnitentibus & confesſis, qui ſe illuc an-

S. Elizabeth Catalogo Sãctorum aſcribitur, eiuſq. feſtum inſtituitur.

cordia, & Beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ eius auctoritate cõfisi, vnũ annum & quadraginta dies, de iniuncta sibi pænitentia misericorditer relaxamus. Dat. Perusij, Calen. Iunij, Anno Nono.

Vitam S. Elizabeth viduæ, Andreæ regis Hungarorum filiæ, ac Lantgrauiæ Thuringiæ, satis luculenter atq. prolixè scripsit quidã Iacobus Montanus German. Spirensis: quam in 34. capita digestam, tomo 6. recitat Laur. Surius. De qua, etiam habes apud Antoninum in 3. parte. tit. 19. cap. 11. ac apud Crantzium hist. Saxon. lib. 7. cap. 48. & c. Postremo de eadem conscripsit in Chronicis suis ord. Min. Marcus Vlyssipon. lib. 9. cap. 10. vsq; ad 19. part. 1. Reperiuntur de ea duplices Litteræ Apost. Greg. Papæ Noni in Vatic. priores de inquisitione miraculorũ eiusdẽ Sanctæ, Episcopo Hildesemensi, & de Valle S. Georgij, & Hervveden. Abbatibus Maguntinæ diœcesis, scriptæ, anno 8. Pontificatus sui. Posteriores de ipsius Canonizatione, anno nono. Extant in eius Reg. in Vat. priores nu. 244. Posteriores verò num. 91. quas hic ad verbum apposuimus. Festum eiusdem Sanctæ, ex præcepto Gregorij Noni celebratur 13. Kal. Decẽbris, & sub 19. Nouembris, etiam in Martyrologio Romano iam positum reperitur.

F I N I S.

R E G E S T V M.

† A B C D E F G H I K L M N.




R O M Æ,
Typis Bartholomæi Bonfadini. 1586.